CITATI ad locum non tutum, vel sibi inimicum non tenẽtur cõparere.Tex.est in c.accedens. el ij. vt lite non cõtest.tex. & doc. in c.ex parte.de appel.& in cle.pastor.de re iud.& in l. recusare.§.si quis alio.cum l.seq.ff.ad Tre.vbi Bar.& doct.maximè Alexã.

Amplia sex modis,vt per Feli.in c.cum R. canonicus.de offic.deleg.quem vide in materia.

Limita quinque modis,vt per Hipp.in l.j.§.præterea.ff. de quæstio.colum.xj.

Citatio. Vide suprà,in verbo absolutione. & infrà in verbo, dominus qui litigauit,& in verbo,mulcta.& in verbo, sententia, lo.5.

REGVLA LXXXIIII.

CLAVSVLA, siue sit posita in principio,siue in fine,trahitur ad omnia capitula,præcedentia & sequentia.Tex.& ibi not.Bal.in l. quisquis.C.si cert.pet.ponunt Bar.& alij in l.talis scriptura.in prin. ff.de leg.j.tex.in c.2.requiris.& ibi doctor.& in c.inquisitioni.de appellatio.vide etiam Cellum Hugonem in tractatu clausularũ,in c.2. quod incipit.clausula,in princi.

Limita duodecim modis,vt per Ias.in l.i.C.de libe.præte. in col. 2.& vide Feli.in c.causam quę colum.4.de rescri. vbi ponit octo casus fallentiæ,in quibus clausula non refertur ad præcedentia.

REGVLA LXXXV.

CLAVSVLA generalis posita inter aliqua capitula, refertur ad omnia præcedentia & sequentia.Tex.est in l.iij.§.filius inter medias ff.de libe.& posth.& in l.fi.& ibi no.Bar.ff.de rebus dubi.tex.in l.talis scriptura ff.de lega.j.vbi gl.Bar. & doct.

Limita hanc regulam septem modis,vt per Ias.in d.l.talis scriptura.col.6.num.xxxvij.cum tribus sequentibus.

REGVLA LXXXVI.

Clausula derogatoria,ad alias sequentes vltimas voluntates posita

ta in testamento, uide licet si testator dicat, quod si contingeret eum facere aliud testamentum, non uult eum valere, nisi talis clausula esset specialiter in eo adiecta. operatur, vt tale testamentum, per secundum non tollatur. Not. plenè Bar. in l. si quis in prin. ff. de leg. 3.

Limita quatuor modis, ut per Bal. in l. tancimus. C. de testa. quos ibi refert & examinat Ias. in col. 2. & seq. quibus ipse addit alios septem, & sic prædicta regula restringitur per eum undecim modis, quem uide ferè per tres col. optimè loquentem.

REGVLA LXXXVII.

CLAVSVLA hæc, quantum de iure poterimus non habet uim per emptorij. Tenet Anto. in c. sæpè. col. 8. de appella. quem sequitur Feli. vbi alios allegat in loco statim allegando.

Limita tripliciter, ut per Felin. in capitu. cau sam que. columna secunda ad fin. de rescrip.

REGVLA LXXXVIII.

CLAVSVLA, non obstante aliquo, non tollit determinationem legis antiquæ. gloss. 2. in authen. de hære. ab intesta. veni. in princ. Bart. in l. sciendum. in princip. ff. qui satisda. cog. facit text. in l. ita pudor. C. de adul.

Limita dupliciter, vt per Fel. in c. nonnulli. col. 23. de rescrip.

REGVLA LXXXIX.

CLAVSVLA, non obstante nunquam tollit actum iuratum, uel constitutionem iuratam. gloss. est singu. in ca. cum non deceat. in gl. fin. de elect. in 6. probat tex. in c. constitutus. de rescrip. tenent Anto. imo. & Abb. in c. 1. de his quæ fiunt a maio. par. cap. commendat etiam illam glo. Cellus Hugo. in tract. clausularum. in c. de clausulis rescriptorum. in prin. & vide infra in litera. P. in regula incip. principis rescripto. in prima fallentia.

Limita istam conclusionem duobus modis, vt per Ias. in l. fin. in fi. C. si contra ius vel vtil. public. qui reputat vtrunque mirabilem pro restrictione dictæ regulæ. Vide melius & latius per Felin. in d. c. constitutus. 2. colum. in fi. cum duabus seq. vbi ampliat dictam regulam, & eam quinque modis restringit.

REGVLA XC.

CLAVSVLA codicillaris, apposita in testamento etiam nullo, uirtute præteritionis, uel exhæredationis, operatur ut ipse filius præteritus, vel exhæredatus, vel aliis succedentes ab intestato teneantur

per

per fideicommissum hæreditatem restituere hæredi, detracta quarta trebellianica, & quarta legitima si fuerit filius, uel trebellianica tantum, si alius successor. Ista est communis conclusio Doct. contra glo. ibi in auth. ex causa. C. de lib. præte. secundum Ias. ibi colum. antepe. in fi. quem etiam vide in l. filius qui in potestate. 3. col. ff. de lib. & posthu. vbi etiam hanc conclusionem describit. Sed quo ad illud de quarta dicit, quòd cum tunc fideicommissum debeat statim restitui, non detrahetur nisi una quarta, allegat Bar. expresse in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. ad fin. & Bal. in l. filium. quem habent. C. fami. hercis. & Ang. in l. j. ff. de iure códicill.

Limita supra scriptam regulam tripliciter, ut per Ias. in d. auth. ex causa. colum. antepe. vsque ad finem.

REGVLA XCI.

Clericorum appellatione in materia restringibili, non veniüt canonici, vt per Abb. in rubri. de uita & ho. cle. latius in c. bone. lo. j. de posthu. præ. uide Feli. in c. non dubium. in j. col. de sen. ex.

Limita dupliciter. ut per eundem Feli. in c. ad abolendam. in gl. 2. de hære. qui pro principali regula, plures alios refert.

REGVLA XCII.

Clericus regulariter coram suo episcopo debet conueniri, Tex. est in c. 1. & in c. si diligenti. de foro compe & in ca. inolita. & in c. placuit. 11. quæ. lio. 1.

Amplia istam regulam 20. & 4. modis, & limita 30. & 2. vt copiosissimè per Maria. Soci. d. c. 1. de foro compe. 1. col. in fin. vsque ad finë. vbi hoc per 14. col. pulchrè describit. & uide nota. per Stepha. Aufrerij in repe. clemen. 1. de offi. ordi. in additionibus per eum factis ad dictam repetitionem, in regula prima, vbi ponit uiginti & unum casum in quo clericus potest conueniri de crimine, coram iudice seculari, & in regula secunda in dictis additionibus, vbi ponit triginta & tres casus, in quibus etiam potest coram eo conueniri clericus in ciuilibus.

REGVLA XCIII.

Clerici consilio, si sequitur homicidium, uel mutilatio membri, est irregularis clericus. Tex. est in c. sicut dignum. de homicid. & in c. 2. ad fin. de cleri. pugnã. in duel. & in c. si quis viduam. l. distin. & in c. si quatuor. 24. q. 8.

Amplia istam regulam quadrupliciter, & limita tribus modis, ut per Feli. in d. c. sicut dignum col. 3. post me. & easdem ampliationes rescribit idem Feli. in c. 1. de offi. deleg in col. 5. & in seq. limitat eandem regulam quinque modis.

Regula

REGVLA XCIIII.

Clerico uiolentiam inferens in vestibus, uel eum detinens inuitum, est excommunicatus, Tenet Inn. in c. nuper. de sent. excomu. notat glo. in c. si quis suadente. 17. q 4. in ver. manus.

Limita octo modis, ut per Fel. ibi. circa finem, uersi. tex. uidetur. & adde septem casus, quos ponit Bernar. Lauren. in tractatu quem edidit de casibus, ubi iudex secularis potest imponere manus in clericorum personas, in fol. 3. in quibus quis potest uerberare clericum sine metu excommunicationis.

REGVLA XCV.

Collectivo nomine, quando plures sunt uocati simul cum alio tertio, regulariter in quacunque materia, illi plures habentur loco unius tantum. Istam regulam ponit Ias. in l. fin. C. de impu. & alijs substi. col. pe. in prin. quam ibi pluribus notandis exemplis ornat, fere per totam col. & eam postea limitat septem modis.

REGVLA XCVI.

Collegium, seu uniuersitas, si congregatur vt singuli consentiant, uel dissentiant, si tacent, habentur pro consentientibus. Hanc doctrinam dicit Feli. resultare ex positis ibi per eum in cap. cum omnes. col 6. de constitu.

Limita eam tripliciter, ut ibi per eum.

REGVLA XCVII.

Condemnatum, uel condemnandum, cum iam esset confessus crimen, de carceribus eximens, tenetur crimine læsæ maiestatis. Tex. est quem ibi dicit menti tenendum Bar. in l. cuiusque. versic. pe. ff. ad l. Iul. maie.

Limita tripliciter, vt per Ias. in §. pœnales. colum. 17. fere per totam. insti. de actio.

Primò, in eo qui exemit captum ab aliis iudicibus, quàm ab imperatore, secundum Fab. ibi, de quo tamen dubitat.

Secundò limita, si amici, uel consanguinei iustè appellassent, & iudex vellet exequi, quia tunc licet impedire executionem, & resistere. Sed hæc limitatio relata ad regulam non uidetur esse uera, quæ loquitur in damnato qui fuerat confessus crimen, pro quo appellatio interponi non potest, ut releuet.

Tertiò limita, in Cardinalibus qui possunt ex priuilegio damnatum obuiantem eis eximere, & a morte liberare.

REGVLA XCVIII.

Compensatio quantitatis ad quantitatem recte procedit. l. quæcunque.ff.de compen.l.si constat. & l.fin. C. eo.§.in bonæ fidei. Institu.de ac.

Limita hanc regulam,ut per Vldaric. Zasi. dicto §.in bonæ fidei. columna ccxxv.

Primò,si actor contra quem obiicitur compensatio deberet decem aut hominem, & esset in sua electione, secus si electio esset rei, quia alternatiua obligatio,non potest compensari cum pura,si actoris electio est,secus si rei.

Secundò limita notabiliter hanc regulam,si actor uel creditor cui obiicitur compensatio haberet facultatem soluendi speciem pro quãtitate,sicut contingit in actione noxali,& ibi Vldar.ponit dissimilitudinem inter casum istius fallentiæ,& prioris.

Tertiò limita,quando pecunia caperetur ut species & ut corpus,sicut nu.qui includuntur in cistã.uel aliàs in sacculum,tunc enim cessaret compensatio,quia illa pecunia non debetur tanquam quantitas, sed tanquam corpus. Ista est sententia glo.in l.cum fundus.§.seruũ tuum imprudens.ff.si cer.pe. & in §.in bonę fidei. Insti. de actio.sed contra tenent Vltramontani, quos sequitur referens Bar.in d.§.seruum tuum imprudens.& alij relati per Ias.in d.§. in bonæ fidei.concordat opiniones contrarias Vlda.Zasi.ubi suprà,quem vide col.225.

Compensatio.uide infrà,in regula debitor necessarius.

REGVLA XCIX.

Compositum, seu mixtum, ab eo debet denominari, quod est dignus. Notatur in c.quanto.de iud. facit l. cum diuersis.ff.de re.& sum.fu.

Limita nouem modis,ut nouissime per Gaspar.Valas.Lusitanum in repeti.l.imperium.ff.de iurisdictio.omni.iu.in col.3.

REGVLA C.

Compromissum factum in arbitros,uel arbitratores, data eis potestate pronunciandi de iure tantum,intelligitur non solum de iure communi, imo de statutario uel consuetudinario, etiam si statutum uel consuetudo derogaret iuri communi. ita Pau. de Castro in l.præscriptione.pe col.C.si contra ius uel utili.pub.motus per gloss. ibi,licet aliqui contrarium teneant,quos ipse refert,& ita firmat Abba.qui bene loquitur in quæstione,in rubrica de consuetu. & ista est magis communis opinio secundum Iaso.in d.l.præscriptione. 5. col. vbi per totam colum.describit assertores huius opinionis & contra-

riæ,

riæ:& in huius corroborationem ipse aliqua subiungit, & faciunt ea quæ notat idem Ias.in l.de quibus in col.antepen.ff.da leg. vbi vide quando appellatione iuris veniat consuetudo,& econtra.

Limita suprascriptam magis communem conclusionem dupliciter,per Ias.in d.l.præscriptione.in col.vj.

REGVLA CI.

COMPROMISSVM, transactionem,vel pacem facere non cogitur quis per iudicem de iure communi, & si cogatur à iudice,nihil valet tex.& ibi Bar.in l.furti.§.qui iussu.ff.de his qui not. infa.text. quem ibi commendat Ange.in auth.vt litigantes iurent.colla.ix.§. quia verò.tex.in c.fi.vbi Bal.iij.col.de rescript.Bar. in l.congruit.ff. de offic.præsid.

Limita hanc regulam tripliciter,vt per Ias. in l.quidam existimarunt.col.iij.ff.si cert.peta.latius ut per Felin.rubri.de treu.& pa.vbi limitat vij.notandis modis, per quinque ferè col.

REGVLA CII.

COMPROMISSVM si sit in aliquem vt pronunciet,de iure,poterit secundum consuetudinem,& loci statuta pronunciare. Istam conclusionem ponit Abba.ubi post Anto. per eum relatum,per multa in hanc partem concludit,in rubr.de consue. cuius potissimum fundamentum est,quia consuetudo & statutum dicitur ius.§. constat.Instit.de iure natura.facit glo.in proœ.cle.in verbo, iuris. Hanc conclusionem egregiè defendit,& confirmat, & communem demõstrat Rochus Cur.in d.rub.in repe.fol.viii.paruo. col. iij.vbi dicit errasse Barb.in consi.lxvj.incip.illud in medium referam. col.iij.firmando contrariam opin.huic regulæ communem esse: ipse tamen Rochus sequen.colum.in fin.dicit disputando posse teneri partem Bartol.vt ibi per eum.

Amplia hanc conclusionem vno modo, & limita quinque modis, vt per Rochum Curt. vbi supra:fol.ix.paruo.ij col. Amplia scilicet, vt maximè procedat quando in casu circa quem fieret compromissum,esset consuetudo generalis totius orbis: quia ius commune appellatur.Ita inquit Bal.decidens pulchrum casum in l.ij. C.de bonis quæ libe.refert & sequitur Barb.c.j.de consti.ij. col.

Limita primò,nisi capiendo illud verbum, de iure,pro iure communi,causa citius exdediretur.Ita Rom in rubri. de arbi.col.vj.quē sequitur Feli & Ias.in locis per Roch.relatis,vbi supra.

Secundò limita nisi compromissum fiat de iure communi. Ita do. Alex.in l.post dotem.charta antepe.ff.sol. matr. & tradunt iunio in d.c.licet causam.& licet mordeat hanc limitationem Ias. in l.præscriptione.C.si contra ius vel vti.public. tamen rationabilis videtur

secundum

secundum Rochum Curtium. vbi supra.

Tertiò limita non procedere in commissione facta per principem alicui de legato, quia ille non tenetur seruare statuta loci in quo est delegatus. Ita Bal. in c. licet, in fi. de offi. ordi. sequitur Feli. in c. cũ dilecta. col. xix. ver. quartò limita, in fi. de rescrip. Rochus tamen vbi s. non sequitur hanc conclusioné, motus rationibus de quibus per eũ: ista tamen limitatio est impertinens respectu regulæ, vt constat.

Quartò limita, nisi compromissum fieret per aliquem forensem, qui verisimiliter ignoraret tale statutum, vel consuetudinem. Barb. d. rub. in distin. sua. col. xiij. addens pro ea illud vulgare, quòd verba sunt intelligenda secundum qualitatem proferentis. per l. plenum. §. equitii. ff. de vsu & habit. idem tenet Felin. in cap. ius generale. j. distin. alia adducens in fauorem.

Quintò & vltimò limita procedere dictam conclusioné, respectu consuetudinis præscriptæ, vel iam firmatæ: quia de ea cẽsetur intellexisse cõpromittens, non aũt de ea quæ non transiuisset in formã consuetudinis. Glo. & Bar. in l. labeo. ff. de suppell. leg. vbi dicunt ꝙ communis usus vtendi, debet esse præscriptus spatio x. annorum.

REGVLA CIII.

COMPROMISSVM factũ in arbitrum, vel arbitratoré, post sententiam quæ transiuit in rem iudicatã, valet. si in eo apponatur clausula: nõ obstante suã. Ita tenet Bal. quem ibi sequitur Alex. in l. si diuersa. C. de transf. & Paulus de Cast. in l. causas, ad fi. eod. titu.

Limita notabiliter vnica restrictione, vt per Ias. post Fulgo. in d. l. si diuersa. colum. fina. quem vide, quia refert plures principali regulæ assentientes.

REGVLA CIIII.

COMMVNEM rem cum alio legando testator, intelligitur solum legare partem, quam in ea habet: & sic non videtur grauasse hæredem in redimendo partem socii. Text. est in l. serui electione. §. cum fundus. ff. de lega. j. vbi Ias. in prin. ponit duplicem rationem.

Amplia quatuor modis, vt per eum ibi, col. in princ. & limita totidem modis, vt per eum colum. fina.

REGVLA CV.

COMMVNEM rem habentes, vt singuli, non possunt super illud disponere regulariter, nisi omnes consentiant. Text. est in l. per fundum. ff. de seruitu. rusti. prædior. gloss. in c. cum omnes. de consti. vbi Felin. col. vij. corroborat hanc conclusionem, & infert ex ea duo dicta notanda ex Oldr. & Anto. de Butr.

Limita septem modis, vt per Felin. ibi. viii. col.

REGVLA CVI.

COMMVNEM opinionem tenetur iudex sequi in iudicando Probat text. in cap. nouimus. de verbo. signific. & in l. j. ff. de offic. quæsto. & in princ. Insti. de hære. insti. ponunt Barto. & docto. in l. ij. C. de pœna iudi. qui male iudic. latius per Iaso. in authen. nouissima. in vj. col. C. de inoffi. testa.

Amplia sex modis, & limita aliis decem, vt vberrimè per copiosum & fidum modernorum relatorem, Ioan. de Neuizanis in sua syl ua nuptiali. fol. xix. col. ij. cum xv. col. seq. in impressione magna. In alia verò parua impressione, vide in fol. cv. vsque ad fol. cxxxj.

REGVLA CVII.

COMMVNIA, si quæ sint pluribus, vt singulis, in his quo ad dispositionem partis meæ tantum, illud quod est commune dicitur esse meum. Conclusio est Bar. in l. serui electione. in §. Labeo. quam ibi sequitur Iason. ff. de leg. j.

Limita dupliciter, vt per eundem ibi, col. ij.

REGVLA CVIII.

CONCESSA intelliguntur omnia, sine quibus illud explicari non potest, quandocunque alicui aliquid conceditur. Probat hanc regulam text. in cap. præterea. de offic. deleg. & in l. ij. ff. de iurisdict. omn. iud. & in l. fin ff. de offic. eius cui manda. est iurisd. & in l. iij. §. fina. in titu. ff. de penu, leg. & in l. veteris. ff. de itine. actuque priua. & ibi gloss. & Bart.

Limita quinque modis, vt per Ias. in d. l. ij. de iurisdi. omn. iudi. ij. & iij. col. quam prius ornat septem conclusionibus, notandis in proposito huius regulæ, & vnica ampliatione.

REGVLA CIX.

CONCESSIO rei, quæ fit ad vsum certum, est commodatum: si verò ad indeterminatum vsum, est precarium. Tex. est in l. commodato. §. sicut. ff. commo. glo. magistra. in l. j, ff. de preca.

Limita hanc regulam duobus modis notabilibus, ut per Iaso. in l. ij. §. mutuum damus. ij. col. ff. si cer. peta.

REGVLA CX.

CONDEMNATVS ad mortē regulariter non ducitur ad supplicium,

cium, nisi post decem dies. Hanc regulam ex pluribus ibi traditis per eum. Feli. elicit in c. quærenti. col. ij. de offic. deleg. post Abb. ca. ij. de re iudi. facit gloss. in c. quàm periculose. de pœnit. distinct. j. De consuetudine verò seruatur contrarium secundum Barto. in l. qui vltimo. final. ib. verbis. ff. de pœn.

Limita eam tripliciter, vt per Felin. vbi supra, & ibi colligit xij. casus notandos, in quibus executio in causis criminalibus, vel differtur, vel aufertur.

REGVLA CXI.

CONDEMNATI plures in vnam summam, non tenentur nisi in virilem portionē. Tex est vbi notatur in l. Paulus respondit eos &c. ff. de re iud. facit l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. reis. & in l. si mandato Titii. §. Paulus respondit. iij. ff. mand. & in l si pluribus. in prin. ff. de leg. j. text. qui probat conclusionem supra dictam in l. si qui separatim. §. quoties. ff. de appella. quibus etiam iuribus posset ampliari hæc regula.

Limita hanc regulam sex modis, vt per Vldari. Zasi. in d. l. Paulus respondit eos &c. j. & ij. col.

REGVLA CXII.

CONDITIO omnis dilatio atque grauamen, reiicitur de legitima ipso iure. Regula est, quæ colligitur ex tex. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. Vide l. xj. titu. iiij. part. vj.

Amplia eam dupliciter. & viii. modis restringe, vt per Iaso. ibi: & vide. Rober. Suarez, in repe. l. quoniam in prioribus. C. de iure delib. vbi ponit xvi. ampliationes, & xvii. restrictiones, à fol. vi. vsq; ad lv.

REGVLA CXIII.

CONDITIO voluntaria debet præcisè, & formaliter impleri. Fuit sententia Bar. in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & post. col. iii. motus per l. qui hæredi. & per l. Mæuius. in princi. ff. de cond. & demon. quā ibi Ias. examinat in col. vi. per totam, & licet Aret. dicat ꝙ dicta doctrina est nimis generalis, Ias. tamen sequitur eam.

Limita istam regulā dupliciter, vt per eundē Ias. in d. vi. col. in fi.

REGVLA CXIIII.

CONDITIO de nubendo arbitratu tertij, cum à lege reiiciatur, tanquam præstans impedimentum matrimonio, & inductiua viduitati, si deficiat, multominus perimit legatum eius defectus. Text. est in l. turpia. §. j. ff. de leg. j. & in l. filiæ. ff. de condi. & demonst.

Limita

Limita dupliciter, vt per Iaſ. in d.l. turpia. §. j. col. ij. quarum ſecũda limitatio eſt ſingularis, prima tñ nõ videtur propriè limitatio.

REGVLA CXV.

CONDITIO trahitur retro in contractibus, ad tempus celebrati contractus, vt in l. ſi filius. in princ. ff. de verb. oblig. & in l. potior. & in l. qui balneum. ff. qui potiores in pig. habe. & in l. quæ legata. ff de regu. iuris.

Limita nouem modis, vt per Io. Crotũ in repet. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. pro emp. col. xxxiii.

REGVLA CXVI.

CONDITIO. impoſſibilis vitiat ſtipulationem. Text. eſt in l. impoſſibilis ff de verb. obli. & in §. ſi impoſſibilis. Inſti. de inuti. ſtip. & in l. certi condictio. §. quoniam. ver. item quæri poteſt. ff. ſi cer. pet. & vitiat nomen contractum, etiam bonæ fidei: vt in l. non ſolum. ff. de actio. & oblig.

Limita quinque modis, vt per Iaſo. in d. l. impoſſibilis. col. j. & ij.

REGVLA CXVII.

CONDITIO purificata in legatis ſub ea relictis, non trahitur retro ad tempus mortis, vel aditæ hæreditatis. Not. Barto. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. pro emp. in col. xiiij. allegat tex. in l. j. §. ſerui appellatione. ff. ad Syllan. & in l. ſi mater. §. eãdem. ff. de excep. rei iudi. idem Bar. in l. ſi filius in princ. ff. de verb. obli. & ibi doct. ſequuntur communiter.

Limita ſex modis, vt per Ioan. Crotũ in repe. d. l. ſi is qui pro emptore. in col. xxxvj. quem primò vide in col. xxxiiii. & xxxv. vbi conatur ſuſtentare opinionem Dini, qui contrarium huius regulæ voluit: & reſpondet ad fundamenta Barto. & tandem ſequendo eius opinionem, quam dicit communem, ponit ſeptem differentias inter legatum conditionale, & contractum conditionalem.

REGVLA CXVIII.

CONDITIONEM ſufficit ſemel fuiſſe impletam dato quòd eius implementum non duret. Tex. eſt in l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. & pup. vbi doct. & in l. cum vxori. C. quan. dies leg. ced. & in l. ſi quis hæredem. C. de inſti. & ſubſt. vbi Iaſ. pro declaratione & extenſione huius regulæ vltra iiii. col. conſumit.

Limita quatuor modis notabilibus, vt per eundem Iaſ. vbi ſupra in col. pen. & fin.

REGVLA CXIX.

CONDITIONEM & diem vbi conuentio habet, & sic duplicem dilationem, non sufficit conditionem impleri, sed requiritur, quòd dies expectetur. Tex. est ex quo ibi Ias. in iii. colum. in princ. v. versi. iij. nota. colligit istam regulam in l. illa stipulatione. ff. de verbo. obligatio.

Limita hoc non procedere in contractibus bonæ fidei, quia in his quàm primum constat quód promissum est non posse adimpleri, statim potest agi, nō expectata die, vt probat tex. in l. si in l. §. si domus. vbi Bart. & Ful. hoc notant. ff. loca. & istam limitationem sequuntur Imo. Rapha. Cuma. & Alex. prout eos refert Ias. in d. iii. colum. & secundum eum est vera & cōis opinio, licet Paul. ibi, & Areti. aliud iudicant.

RE VLA CXX.

CONDVCENS rem suam, vt suam, non perdit dominium: Tenet glo. in l. ei à quo. ff de vsu. & in l. qui rem. C. loca. quam ibi approbāt Cy. Bal. & Sali. & hanc dicit communem sententiam Alex. in l. si aliquam rem. ff. de acqui. pos. licet gl. ibi, quam sequuntur Imol. & Are. teneat contrarium..

Limita duobus modis, vt per Ripam, in repet. d. l. si aliquam rem. colum. x.

REGVLA CXXI.

CONFESSIO facta in vno iudicio probat in alio. Tex. est. & ibi notat Bal. in l. iubemus. C. de libe. cau. & ratio huius regulæ sumitur ex l. generaliter. C. de non nume. pecu. & ex capit. per tua. de probat.

Amplia istam regulam quinque modis, & limita aliis septem, vt per Purpuratum in l. is apud quē. C. de eden. col. xxi. & xxii.

Primo amplia etiam, si confessio fiat corā arbitrio, per l. penul. C. de arbi.

Secundò amplia, etiam si confessio sit facta in iudicio summario, quia probat in plenario. alleg. Inno. Abb. & Alex.

Tertiò, etiam si iudicium in quo esset facta confessio esset nullum.

Quartò, etiam si quis confessus fuit in iudicio, non vt principalis, sed vt testis. quia poterit contra eum adduci illa confessio, in alio. Allegat Alex. ibi: & vtrunque Raphaelem.

Quintò

Quintò amplia, vt confessio, facta in ciuili, probat in criminali, & econtra. allegat Bar. & Alex. ibi.

Limita primò, respectu præiudcii ad tertium.

Secundò fallit, in confessione ficta, quia illa nō egreditur causam, in qua facta fuit, etiam inter easdem personas. Vnde secundum eum, licet confessio ficta noceat successori, intelligitur in eadem causa, & non aliter: quod nota pro illo qui non respondet positionibus.

Tertiò limita, in confessione procuratoris, quia non præiudicat in alia causa sicut confessio domini.

Quartò limita, in confessione. quæ esset reprobata à iudice, pronunciando contra illam quod ampliat etiam, si reprobatio esset in fauorem confitentis.

Quintò fallit, quando confessio esset facta coram incompetenti iudice, quia non probat coram competenti. Aduerte tamen, quia tūc talis cōfessio faceret indiciū ad torturā, nisi in quatuor casib. descriptis per Iaso. in l. magistratibus ff. de iurisdictio. omn. iudi. ij. col.

Sextò fallit, quando confessio esset tacita. allegat Inno. in cle. constitutionem. de electio.

Septimò fallit, quando confessio esset, facta iudice non sedēte pro tribunali. allegat gl. & doct. in d. l. iubemus.

REGVLA CXXII.

CONFESSIO facta ab aliquo in iudicio, quòd hominem occiderit, sed ad suam defensionem, potest à iudice in parte acceptari, & sic quatenus confitetur se occidisse: & poterit illum condemnare, nisi probet defensionem. Notat Bar. in l. Aurelius. §. idem quesiit ff. de libe. leg. & sequitur Ias. verbis latioribus, eius dictum referendo in l. vt vim. col. iii. ff. de iust. & iure. de quo vide copiosissimè remissiue per Hippol. in sing. clxxxv. incip. confessio.

Limita valde sing. quia licet possit ex tali confessione condemnari, non tamen poterit capitaliter puniri Ita not. Panor. in c. auditis. de præscrip. in col. pen. vbi vide Felin. in col. xix. qui hoc dicit, non reperiri alibi: & refert Ang. in tract. maleficiorum, ita tenentem, & dicit, quòd aliquibus rationibus posset contra istud instari: commendat etiam idem Felin. in cap. significasti lo ij. de homici. vi. colum. in prin. & in cap cum venerabilis. de excep. in colum. v. in princip. vbi hoc dicit singulare. commendat etiam Alexand. in l. non solum. §. sciendum. ff. de noui oper. nunc. & illud dicit signandum: & not. Socin l. prima. vii. colum. ff. de vulg. & pupil. dicit etiam egregium Ias. & in practica magnum sibi honorem comparasse in dicta l. vt vim. in dicta iij. colum. & asserit, hoc esse in magno cultu apud practicos aduocatos Hippoly vbi supra Commendat idem Hippoly. in repetitio. columna viij. ff. de quæstio. Thomas Ferrarien. in cautel.

circa prin.vbi hoc dicit stupendum dictum, & refert aliquos ex supra dictis doctoribus.Et Bertachin. in suo reper. in verbo, confessio habet vim sententiæ.in versi.xxij.& in verbo,inquisitus. lo.viii. vbi hoc etiam sequitur, & dicit etiam illud dictum Abb. (nihil aliud allegando) singulare, Petrus Rauenna in alphabeto aureo, in litera c. in verbo,confitetur.

REGVLA CXXIII.

Confessio non requirit telam iudicij,nec curat de ineptitudine processus, ideo confessus potest condemnari, etiam data ipsius processus nullitate. Doctrina est Inno.in c.qualiter.el ii. de accusat. quam ibi sequuntur Doctor.& voluit idem in c per inquisitioné. de electio.probat tex. vbi notat hoc Abbas antiquus in c. Pisanis.de resti.spolia.descripsit Mathesil.in singu.liii incip.nota. vtilem regulã. pro qua doctrina vide omnino Hippo.in singu. ccj.incipi.in confessum, vbi plures refert illam sequens, & aliqua notanda in proposito iungit.

Limita prædictam conclusionem duodecim modis, vt per Feli. in d.c.qualiter.§.licet autem.in col.ii.& seq.quẽ vide, quia his limitationibus pulchrè declaratur præfata Regula, quarum limitationum septem descripsit etiam idẽ Feli.in cap.at si clerici.de iudi.j.colum. & sequen.

REGVLA CXXIIII.

Confessio facta per aliquem sponte & in indicio, quòd occiderit vnum hominem,qui non apparet,nec reperitur occisus,non valet,nec ligat confitentem.Not.Ang. in l.j.ij.col.ff. de confes. & in l. certum.in prin.ff.eo.& vide Cæpo.in reper.authen.sed nouo iure.C. de seruis fugiti.in col.xv.& seq.in impressiõe parua.

Limita primò singulariter,nisi confitẽs esset aliquis assasinus malæ conditionis & famæ, qui cõfiteretur se occidisse certos mercatores,& eorũ corpora in mari proiecisse: quia tunc dato ꝙ illa corpora non reperiantur,si ille erat publicè diffamatus,& prope litus maris latrocinia exercebat,tũc propter confessionẽ debet puniri.Ita limitat Ang.not.vbi supra quod sequitur & cõmendat Ias.in l.iusiurãdum quod ex conuẽtione.§ fi.col.vii.in fi ff.de iureiur. stante tamẽ maris distantia,vel bona fama confitentis,non posset ex confessione puniri,corporibus non apparentibus,secundum eum.

Secundò limita: nisi saltim per fama probaretur mors, licet corpus nõ posset inspici.Ita notat Bal.in additio.ad Spe.in tit.de sentẽ. antepe.col.in versi.titius fuit confessus. quod refert & commendat Ias.vbi supra in corroboratione doctrinæ Ang.supra scriptæ: vide tamen singu.per Felin.cap.auditis de præscrip.col.xviii.ne decipiaris

cum

cum hac doctrina Bal.& no.quòd non est necesse,q᷑ constet de nomine mortui,vt voluit Bald.in c.at si clerici.8. col.de iudic.qui allegat gl.in sing.in c.libellorum.2.q.8.& refert Ias.vbi suprà,& ibi alia loca describit,vbi idem firmat ipse Bal.pro quo etiam vide not.per Felin. vbi suprà.

REGVLA CXXV.

CONFESSVS de crimine extra iudicium,non punitur. Glo. & ibi no.Abb.& doct.in c.de hoc,de simo.& Rota in decisi. nouis,in decisio.clxxx.incip.licet confessio.sub rubr.de confess.& not.q᷑ dicitur extra iudicium fieri confessio,licet fiat coram tabellione sine iudice,vel corã iudice,& nõ in figura iudicij.gl.fin. & menti tenẽda 2a Bald.ibi in l.iubemus.in glo fi.C.de libe.cau.de qua meminit Ias.in l.videamus.§.deferre.j.col.ff. de in litẽ iuran. Vide aliam gl. quam ibi commendat Bar.in l.cum scimus .C.de agric.& censi. lib.11.

Limita primò, quia licet vigore talis confessionis non puniatur, potest tamẽ poni ad torturam,no.Abb.in d c.de hoc.per gl. sing. & ibi Bar.in l.cap.quinto ff.ad l.Iul.de adulte.& probat ẽt gl.in l.ictus fustium ff.de infam.quas ad hoc allegat Alex. in l.magistratibus.in ver.2.quærit Bar.ff.de iurisd.om.iudi.tenet Rota vbi suprà,& sequitur Feli.in d.c.de hoc.in prin.qui plures ad hoc refert, ponit ẽt idẽ Felin.in c.at si clerici.col.7.de iudi.in prin. Sublimita primò hãc fallentia nisi de crimine ageretur ciuiliter. Ita tenet Abb.in c.olim. de rescrip.in col.vlti.sequitur Feli.in d.c.at si clerici.col.7. Sublimita secundò,nisi ille qui extra iudiciũ fuit confessus, postea confessionem reuocet,etiam non docto errore,tenet Bal.in l. vna C.de confess.col.antepen.Sequitur Felin. in vtroq; loco, supra relato,in prima limitatione,& in d.c.olim.in col.3.de rescri.ex quo consuluit Bal.ibi,quòd torquendus reuocet confessionem suam, & impediet torturam,nec habet necesse probare errorem,ex ratione de qua per eum,quod nota,quia singulare est. Et hoc dicit perpetuò notandũ Ias.in l.magistratibus. in 2.colum.versic.2. singulariter limita.ff.de iurisd.omn.iudi.Commendat etiam Thom. de Ferrar.in cautela 27. vbi ex hoc ponit cautelam pro confitente extra iudicium,vt euadat torturam reuocando confessionem. Sublimita tertiò,nisi talis cõfessus esset clericus,quia nisi esset infamatus,ex sola confessione extraiudiciali non torqueretur propter singulare dictum Abbatis antiqui,in cap.grauis,de deposit. vbi voluit quòd clericus ex solis indicijs non torqueatur,nisi sit infamatus. cum quo simpliciter transit Felin.in d.cap.de hoc.de simon.vbi refert Paulum de Eleazaris, & Ioann.Andr.& Anto.& Abb.& Anan. in diuersis locis,idem seq. quod etiam dicit singu.idem Felin. vbi refert prædictos docto. in c. cum oporteat.penulti.colum.de accus.& in c. veniens.lo 1. de test. in 2.columna, & sequitur etiam ipse Felin. in cap. vniuersitati. de

sent. excommun. & illud etiam sequitur, & commendat Ias. in d. l. magistratibus. in col. 2. ff. de iurisdict. omn. iudi. vbi dicit quòd Abb. Siculus in d. c. grauis. reprobat istud dictum, tamen quòd nihil adducit, quod vrgeat, & dicit quòd poterit multum facere ad euadendum quem à tormentis, quia vt plurimum ribaldi nostri temporis ea ratione se faciunt clericos, quod dictum summè commendat Hippol. & dicit sic obtinuisse in practica in singul. 55 incipien. aduertas. vbi refert Alexand. & Barba. idem tenere. Commendat etiam idem Hippoly. in l. pen. col. fina. ff. de quæst. & in l. edictum. in colum. 3. eod. titu. & in sua practica criminali. in §. nunc videndum. in colum. fina. & vide Bonum de Curtil. in tracta. notabilitatis. fo. xv. colū. 4. in fi. vbi hanc etiam sententiam sequitur, dicendo ꝙ etiam si sint contra clericum mille indicia, nisi sit infamatus nō potest torqueri. & sequitur etiam Stephan. Aufrerij in addit. ad repeti. clemē. j. de offic. ordi. per eum editam. in regu. 3. in fol. 6. in impressione Pariensi, facta in paruo volum. licet Felin. in d c. at si clerici. in d. 7. col dubitet de illo dicto singu. Abb. antiqui. & in d. c. olim. in d. col. 3. aliter teneat cū opinione Panormit. in d. c. grauis. Sublimita quartò, quando talis cōfessio extraiudicialis est iuncta cum verisimili causa, ratione loci & temporis, quia tunc est sufficiens indicium ad torturam: secus si sit informis & non certa, & qualificata continens locum commissi criminis & tempus, quia tunc non sufficit. Ita intellexit illam gl. Bal. in l. admonendi ff. de iureiur. quem ad hoc refert Paris de Puteo in tract. de syndic. fol. xcv. in c. inci. quia communiter dicitur. Sublimita quintò, quando illa confessio non esset verisimilis, & hoc per not. per Bald. in l. 2. prope fin. C. de authorit. præst. quod refert Paris de Puteo, vbi suprà. Adde quæ notat Hippol. in repeti. rub. C. de probat. colum. 24.

Secundò fallit nostra principalis regula, nisi in tali cōfessione extraiudiciali facta de crimine concurrant omnia requisita ad confessionem extraiudicialem factam in ciuilibus. Ita singulariter Inno. in cap. per inquisitionem 1. colum. de electio. cuius doctrinam commendat Felin. in d. cap. de hoc. & refert Abb. de prædicta conclusione exclamantem.

Tertiò fallit, quando talis confessio de crimine esset geminata, quia tunc posset puniri, ac si esset in iudicio confessus. Ita tenet Felin. in d. cap. de hoc. ad quod refert Bartol. in l. cum scimus. C. de agrico. & censi. quem dicit referre Roman. in l. nuda ratio ff. de donatio. Paul. in l. publia in §. Titius Sempronio. ff. de deposi. & adde quòd vltra Felin. & prædictos dictam doctrinam Bartol. sequitur Abb. in cap. si cautio. de fide instrumentorum in fina. verbis, & Iason in rubrica. ff. de verborum obligatio. in colum. quarta & in §. in personam. in colum. octaua de actioni. institutio. & in l. si pacto quo pœnam. in secunda colum. C. de pact. & in l. j. in columna sexta, eodem titu. tenet etiam Hippolyt. in l. prima. §. quæstio. ff. de quæstio.

18

in colum.2. qui ad hoc tantum refert Cyn. per quem vide in d. colum.2.& seq. vltra viginti effectus geminationis. Sed tu aduerte quòd Bartol.vbi suprà loquitur in ciuilibus,& Doct. eum referentes, & ideo ex sola prædicta sua doctrina non esset tutum hoc firmare in criminalibus, prout firmat Felin.maximè quia ipsemet Felin. in d.c.olim.in colum.iiij.in alio proposito dicit, quòd non est bona æquiparatio,de confessione in ciuilibus ad confessionem in criminalibus, & ponit ibi triplicem instantiam inter vtranque, in quibus apertè constat dissimilitudo. Et nota in hoc multum, quòd ad hoc vt confessio dicatur geminata, requiritur interuallum, & non sufficeret, quòd pluries vno & eodem tempore aliquis fateretur, & hoc ex eo quod not.Bal.in proœ.C.in colum.fina. & ex eo quod latius posui in meis doctrinis magistralibus, in doctrina incipiē. actus vt dicatur.

Quartò fallit. in delictis quæ pertinent ad iudicium ecclesiæ fauore animarum, quia tunc confessio extraiudicialis legitimè facta probat; puta si quis moriens confessus fuit, se esse vsurarium,specificando personas,à quibus extorsit vsuras. Ita Bald.in l.j.in colū. 2.in fi.versi.quidam confessus.C.de fal.cau.adiect.leg. quem refert Felin.in d.cap.de hoc.& in d.cap. olim.in colum.3. in fi.versi. fallit vij. vbi melius loquitur. & in d. cap. at si clerici.in d.colum.vij. in quibus locis alia etiam cumulat ad hoc, & sic restringit istam regulam. Sed aduerte,quòd ista non est propriè restrictio ad eam,quia talis confessio non operatur, vt ille confessus puniatur de crimine, sed vt fiat restitutio vsurarum, ideo ille non efficitur intestabilis virtute illius confessionis. Ita intelligit Bal.vbi suprà & sic potius esset extensio,quod confessio extraiudicialis non sufficit, quo ad hoc vt possit puniri aliquis in sola inhabilitate testādi, qua puniretur,si illud quod ab eo est confessum,esset alias probatum.

Quintò limita,quia licet confessus extra iudicium nō puniat, indicium tñ ex confessione sumptū, est tantæ efficaciæ, vt confessio facta in tormentis,quibus confessus eius vigore subijcitur,valeat sine alia ratificatione. Ita Feli.in d.c.de hoc.per gl.sing.in l.cap.5.ff. ad l.Iul.de adul.in verbo accusatori. quam gl. commendant Doct. ibi,& dixit eam singularem Lanfran.in repet.c.quoniam contra. de proba.in col.4.in princ. Et nota illa verba,sine ratificatione,in ista fallentia posita,quia illa non ponuntur in glo.& sunt singularia, & eadem verba posuit Felin. in d.c.olim.de rescript.in colum.5.referendo Tinda.in tract.de testium varietate. Et idem, quòd sine alia ratificatione stetur tali confessioni factæ in tormentis, tenet Iaso. in l.magistratibus.in col.ij.ff.de iurisd.om.iudi.& tenet etiam Hippol.in sua practica criminali, in §. quoniam.in colum.septima versicu. vlterius teneas menti, qui dicit ita tenere Ioann. de Imol. in capi.at si clerici. de iudic.

Et illam glo. dicit singularem Hippollyt.in l.j.§. diuus Seuerus.

in col.3.& in §.quæstioni.in prin.ff.de quæstio. vbi refert solum Fe lin.in d.c.olim.& ad idem commendat illam glo.Paris de Puteo, in d tracta.de syndica.in fol.xcv.in cap.incipien.quia communiter.vbi etiam tenet,quòd confessio facta in tormentis,valet sine perseuerantia, si præcessit extraiudicialis confessio, cuius vigore fuit aliquis tortus,& vide etiam eundem in fol.101.in j.colum.vbi illam glo. dicit singularem. Certè durus est sermo hic, quia videtur quòd sufficiat, vt talis confessio extraiudicialis sit sufficiens in iudicium ad torturam sine eo quòd etiam operetur ratificationem confessionis in tortura subsecutæ, & plures possent quotidie decipi, qui vigore talis confessionis torquerentur , quia existimantes parum sibi nocere confessionem in tortura factam, facillimè faterentur ea, animo non ratificandi postea , ideo memoria fige prædictam conclusionem.

Sextò fallit,nisi prædicta confessio extra iudicialis sortiretur specificum nomen delicti, quia tunc punietur de illo dilecto,puta quia clericus gloriatur extra iudicium,adulterium perpetrasse, quia tūc de gloriatione punietur. Text.est in c.quam sit.de excess. prælato. vbi hoc tenet Abb.& in d.c.de hoc.vbi hoc sequit Feli.& in d.c.at si clerici.d.colum.7.& voluit Abb.in d.c.olim.vbi hoc sequitur Felin. in colum.iiij.& illum text. dixit ad hoc singu.Paris de Puteo,in loco suprà alleg.in j.fallen.in iiij.sublimitatione,& etiam ponit Francisc.Curt.in repetit.l.admonendi. in colum.lxvj.ff.de iureiuran. in versic.iiij.limitatio.

Septimò fallit,nisi aliquis acceptet cōfessionem nomine fisci. Ita limitat Felin.in d.c.olim.de rescrip.col.iij.versi. fallit 2. quem vide de veritate & intellectu.& in d.c.at si clerici.d.col 7. & veritas huius limitationis ex decima fallentia infra scripta patet.

Octauò fallit,nisi confessio extraiudicialis fiat parte præsente, q̄a tunc probatur crimen,& posset puniri.Tenet Abb.in d.c.olim.& in d.c.at si clerici.in col.5.sic intelligens Inn.in c. per inquisitionē. de elec. Sed contrariam sententiam tenet Areti.in d.c.at si clerici. in col.6.motus optima ratione,& dicit q̄ ista est verior opinio , & refert Bar.& Saly.tenentes quòd solùm facit indicium ad torturam . Et huic etiam opinioni contra Abb.assentitur Felin. in d.c.olim.in col.3.ver.3.fallit qui aliqua pro ea adducit, vbi vide bonam additionem in litera A.quę incip.confessio.

Nonò fallit, nisi fiat coram multitudine personarum, quia tunc transit in notorium.& probat. Ita limitat Felin.in d.c. at si clerici. d.colum.7.versicu.fallit 3.& in d.cap.olim.colum.4.versic. fallit 4. referendo Anton.in cap.vestra.de coha.cleric.& mul.& in c.per inquisitionem.de elect.

Decimò fallit nisi fiat coram syndico repræsentante populum, quia tunc plenè probat, & confessus punitur ex ea. Ita limitat Fel. in d.c.at si clerici.1.colum.7.versi.fallit quartò,referendo Sali.in l. quoniam.

quoniam de infami.idem Felin.in d.c.olim.col.4.versi.fallit quintò. vbi hoc generalius dicit,videlicet,in publica persona quæ poterit recipere probationes ad utilitatem fisci.

Vndecimò fallit, nisi cum tali confessione extraiudiciali concurrant aliæ coniecturæ, & verisimilia veritatis, quia tunc plene probat.& cùm sit plena probatio poterit confessus puniri. Ita restringit Feli.in d.c.olim.col.5.versicu.fallit octauo,post Tindarum,quem ibi refert in d.tract.de testium ueritate. & refert ad hoc eundem Tindarum Ias.in d.l.magistratibus.in col.2 in fi.ff.de iurisd.om. iudi. & refert quoddam inconueniens cui dicit quòd non sufficienter respondet Tin.vbi supra.

Duodecimò fallit, quia talis confessio extraiudicialis facit semiplenam probationem de crimine. Tenet Feli.in d.c.olim.col.5.ver. fallit nonò.referendo Tind.vbi supra. Quas limitationes nota, cũ sint in materia quotidiana,& libuit eas describere. quia ut uides passim sunt à Feli.descriptæ.& nulibi sic reperies , præmaximè cum aliqua addit vltra ipsum Feli.vt facilè iudicabis.

REGVLA CXXVI.

Confessvs crimen, de quo excipitur contra eum contingens cãm,punietur ordinarie.Tex.est secundum expositionem glo.fin.ibi, & etiam omnes Doct.in c.j.de excep.vbi gl.allegat iura aliqua.

Limita hanc regulam 4.modis,vt per Feli.in d.c.j.4. colum.

Primò,nisi fiat confessio in foro mixto, inter pœnitentialem,& forum contentiosum.glo.est,quam ad hoc ibi extollit Domi.in cap.ex pœnitentibus.I.dist.in glo.mag.ad fin.

Secundò,nisi confessio sit non simplex,sed quasi conditionalis,uel obiiciendo crimen quod quis tacitè confitetur de seipso.gloss. magna,ad fin.in c.si quis papa.89.dist.quam not.Domi.in c.j.de testi.in 6.secundum Feli.ubi suprà.

Tertiò,nisi confessio fuisset in iudicio reprobata.Bal.in authen.nouo iure.C.de pœna iudi.qui male iudica. & confirmat Feli. in ca.capitulum sanctæ crucis.26 col.versi.confirmatur.de re.

Quartò,nisi causa principalis esset intentata ciuiliter.Abb.in c.cũ super.in 2.col.de concess.præben.Feli. vbi suprà, qui in hac quarta limitatione ultra dictas,breuitatis causa perstrinxit alias tres limitationes. uide per eum.

REGVLA CXXVII.

Confirmatio Papæ etiam ex certa scientia non prodest,in defectum substantialium,puta in competentiæ iudicis & fallitatis narratorum, sed solum in defectum solennitatis, ut in uocatione partis,& similibus, ut est decisio Rotæ, in nouis. 120.incip. Papa confirmat. quam

quam ad supra dictam regu. allegat Feli. in c. 2. de rescrip. in col. 22. in prin. qui in confirmationem huius decisionis, alleg. dictum Hostien.

Limita, nisi interueniret certa scientia dicti defectus substantialis reddentis processum nullum, quia tunc si valeret confirmatio, suppleret defectum potestatis gerentis actum. Ita limitat Domi. in c. Zeno manensem. 56. dist. quē refert Feli. vbi supra, per supra scripta uerba pro limita. d. regulæ. Et idem dicit ipse Feli. in omni simili defectu, quia eodem modo tunc suppleretur data certa scientia illius.

REGVLA CXXVIII.

CONIECTVRIS legitimis quod apparet, constare dicitur euidenter, licet non fuerit expressum text. est secundum Iac. de Are. Bart. & alios in l. licet imperator. in prin. ff. de leg. 1. facit tex. in l. si quis loco plex. in §. fi. ff. de manu. testa. & confirmat hanc regulam Ias. septem aliis conclusio. d. l. licet imperator. 1. & 2. col.

Limita dupliciter, ut per eum ibi. col. 2. in fi.

REGVLA CXXIX.

CONIVNCTA persona potest agere sine mandato cum cautione rati. Est tex. in l. sed & hæc personæ. ff. de procu. (Vide l. 10. ti. 5. parti. iij.) dicitur tamen impropriè procurator, ut in gl. 1. ibi posita, per tex. qui ad hoc solet allegari in l. 3. § 1. ff. iud. solui. vbi vide duas notabiles differentias inter coniunctum, & procuratorem, per Pau. de Cast. & collige tertiam differentiā ex text. in l. patri pro filio. cum l. seq. & quod ibi notat Bar. ff. de mino.

Limita vndecim modis, ut per Alex. in l. exigēdi. in 2. col. C. de procu. vbi etiam vide Ias. in 2. & 3. col. qui refert dictas limitationes Alex. & ipse addit alias sex & sic habebis 17. restrictiones in quibus includuntur quinque limitationes, quas huic regulæ tradidit Feli. in c. coram. in 2. colum. de offi. dele. & vide eundem Ias. in d. 2. col. vbi ampliat quadrupliciter istam regulam.

REGVLA CXXX.

CONIVNCTA persona non admittitur in casibus requirentibus speciale mandatum, etiam cum cautione de rato. Text. est in l. patri pro filio. ff de mino. tex. & ibi Bal. in l. nec filius. C. de reb. cre. no. Abba. in c. constitutus. de in inte. re.

Limita septem modis, vt per Felin. in ca. coram dilecto. 2. columna de offi. dele.

REGVLA CXXXI.

CONIVNCTI verbis dicuntur, plures uocati ad hæreditatem, uel legatum,

legatum, per nomen collectiuum, & sic omnes admittuntur ad vnam duntaxat portionem. Vt in l. titul. & l. interdum. & in l. liber ho. §. si Titius ff. de hære. insti.

Limita quatuor modis, vt per Io. Crotum. in repeti. l. re coniuncti ff. de leg. 3. in col. 9. & 10. Vide Ias. in l. fi. C. de impube. & alijs nu. 5. vbi vnam ampliationem, & sex limitationes ponit.

REGVLA CXXXII.

CONSENTIRE in actibus capitularibus seu collegiatis non sufficit canonicos seu illos de collegio separatim, sed oportet quòd sint tanquam collegium congregati, & collegialiter consentiant. Gloss. in c. cum omnes. de constit. quam ibi Calder. Bal. Ant. Card. Abb. Imo. & docto. indistinctè intelligunt, licet Io. And. ibi glo. sua, verbo, tractatus, in c. 1. de reb. eccle. non alie. lib. 6. post aliquos dixerit hoc speciale esse in electione. per c. in Genesi. de elect. Confirmat hanc Feli. in d. c. cum omnes. col. 13. vbi refert plures doct. Vide in proposito doctrinam magistralem in meis doctrinis, in uerbo, maior pars.

Limita hanc conclusionem sex pulchris modis, ut per Feli. ibi colum. 14. & seq. nu. 26.

REGVLA CXXXIII.

CONSENSVS eius cui fit protestatio, requiritur regulariter in protestatione. Not. Bart. in l. non solum. §. morte. ff. de no. oper. nunc. in col. 5. & Anto. in c. cum M. Ferra. in 6. & 7. char. de const. facit quod not. Inno. in ca. Cum a. de elec. & text. in l. fi. §. item si prædixerit. ff. nau. cau. stab.

Limita duodecim modis, ut per Præposi. in c. solicitudinem. in colum 19. & seq. de appel.

REGVLA CXXXIIII.

CONSILIO alterius habens expedire actum, si illud omittit, actus est nullus, quasi non seruata forma mandati. Not. Vincen relatus per omnes scribentes, ibi sequentes eum in c. ex parte. de consi. vbi circa hanc conclusionem latè insistit Fel. col. 2.

Limita trip liciter, ut per eum ibi latissime per 4. fere col.

REGVLA CXXXV.

¶ CONSORS eiusdem litis, potest agere pro consorte, sine mandato, præstita eius satisdatione. Glo. in c. cum M. de consti. in glo. j. vbi allegat iura ad hoc. gl. in c. cum dilecti. de dolo & contu. facit l. si petitor. ff. de iudi. traditur in cle. si religiosus. de procu.

Limita

Limita quadrupliciter, vt per Felin.in dicto cap. cum M.colum. 4. cum duabus sequen.

REGVLA CXXXVI.

CONSTITVTIO, futura respicit,non preterita,nisi de præteritis in ea caueatur. Probat tex.in c.fi.de consti.vbi gl.alleg.concordãtes tradit Hastien.in summa,de constitu.§.quando constitutio,in fi.

Ampiia quadrupliciter,& limita decem modis,ut per Feli.in d.ca. fi.per 14.col.vbi plures ex limitationibus sublimitat.

REGVLA CXXXVII.

CONSVETVDO & statuta loci, in quo contractus matrimonij fuit celebratus.attenduntur.quo ad dissolutionem.Tex.in c.1.de spõ. & in l.si fundus.ff.de euic.Bal.in l.si uoluntas C.de fideicommi.

Limita dupliciter,ut per Feli.in d c.j.col.ij.nu.23.

REGVLA CXXXVIII.

CONSVETVDO vel statutum disponens,quòd libri,puta mercatorum, faciat fidem pro scribente, ualet & tenet. Notat Bal.Ang.& Alex in l.quædam.§.nummularios.ff. de æden.per illum text.& Bal. in l.comparationes. in 5.colum.de fid.instru.& in l.cunctos populos in colum.13.de summ.trini.& fide catho.& Inno. in cap.2.columna 11.de fide instru.

Amplia adeò hoc procedere,quòd stabitur dictis libris,etiam si alibi,& extra locum vbi vixii talis consuetudo,producantur. Tenet Io. And.in addit.Specu.in titu.de fide instrumen.in §.nunc dicendum.in addit.magna,quæ incipit,priuatorum. quod reputat singulare Ias.in loco infra allegan.

Limita sex notabilibus modis,ut per Ias.in l.admonendi.in col.17 in lectura ff.de iureiur.vbi eorum vltimum sublimitat.

REGVLA CXXXIX.

CONSVETVDO, quæ inducit grauamen ecclesijs,non ualet. Ita tex.in c.1 de consu.ubi Abb.& alii.Facit tex.in c.ca.neuerit.& in cap. grauem de sen.excom.

Limita quatuor modis,vt per Deci.in d.c.1.nu.3.

REGVLA CXL.

CONSVETVDO, uel statutum faciens validam probationem, quæ de iure est inualida,si concurrerit euidens necessitas,vel vtilitas valet.

valet. Tenet Anto. Abb. & Doct.in c.ij.de probat.per tex.in c.cum dilectus.in ij.respon.de fide instru.tenet Bart. in l.si seruus communis ipse.ff.de stipu.seruo.Bal.in l.j.in ij.char.C.de sum. tri.& fid.cat.

Limita quinque modis, vt per Feli.in d.c.ij.de probat.in col.iij.& sequen. quem vide, quia pro ipsa principali regula plures doctores refert, per eam plura & pulchra determinantes.

REGVLA CXLI.

CONSVETVDO, ius non scriptum appellatur. Text.in §.constat.& in §.ex non scripto. Instit.de iure natu.gent. & ciui.Barto.in l.ij.ff de legibus.

Amplia vno modo, & limita quatuor modis, vt per Decium in rubric.de consuet. col.j.

REGVLA CXLII.

CONSVETVDO præscripta, per aliam cõtrariam, & præscriptam consuetudinem tollitur: per non præscriptam vero, non tollitur. Glossa est singularis.in l.nemo.§.temporalis.ff.de reg. iuris.

Limita primò procedere in cã petitorii, sed in causa possessorii, consuetudo secunda non præscripta, tollit primam præscriptam. Ita Bald.in c.j.in col.j.de feudi cog quod dicit mirabile Ias.in l.de quibus.in col.xviij.ff.de legib.

Secundò limita, quando licet secunda non esset præscripta, tamen populus vult statim eam valere: Notat Abb.in ca.pro illorum.ij.& iiij.col.de præb.refert.Ias. vbi supra.

REGVLA CXLIII.

CONSVETVDO, vel statutum absorbens in totum legitimam filiorum, non valet: Tenet Abb.in c.fin penul.col.de consuetu.Et in isto articulo adeò contrariæ sunt opiniones, quòd sunt Doct.aliqui, esserentes hanc esse communem opinionem, & alii contrariam, & sic quòd possit in totum tolli, vel absorberi, esse communem, quos referre non curo, alieno enim labore sunt iuncti. Describit eos Hier.Chucalon, quem nostra Hispania produxit, in additio.ad Philip. Deci.in Liura sanguinis.in fi.ff.de regu.iur.in litera A. in addi.incipi.contrarium, vbi in hac opinione residet: quia est opinio.Cano.

Limita primò nisi ille filius haberet vnde viuat: Ita not.Abb.in c. Raynutius.in.iiij.col. ver.ego crederem. de testa. Refert.Io Lupus in repet.c.per vestras.fol.lxxiiij.col.j.ver.& idem est.& in fo.lxxix. col.ij.versi.ex quo infertur.vbi refert Alexan.in c.ius gentium.prima distinct.dubitare de ea.Vide Rochum Cur.in tract. de consue.in fol.xxij.col.iiij.post medium, vbi dicit, quòd communis opinio est,

quòd

quòd ex causa possit legitima non solum minui, imo in totum tolli per statutum, vel consuetudine: vnde possemus dicere, quòd sit iusta causa statuendi id, quòd filius habeat vnde se alat, vt sic procedat nostra limitatio.

REGVLA CXLIIII.

CONSVETVDINES & statuta loci, in quo iudicium agitatur, considerantur quantum ad ordinatoria iudicii, & processus solennitatem. Not. Bar. in l. cunctos populos. in vj. col. C. de sum. trin. & fide catho. per l. iij in fi. ff. de testi. est glo. not. in c. quod clericis. de foro compe. quam ibi sequitur Io. And. & vide ibi Maria. in col. ij. versic. quo ad primum, per totam col. & seq.

Limita quadrupliciter, vt per eundem Maria. in dicto cap. quod clericis. in fin.

Consuetudo vide ↄ. in verbo, statutum: & in verbo præscriptione.

REGVLA CXLV.

CONSVLENS alicui, vt aliquem occidat, tenetur ac si ipse occidisset: ut in l. q occidit. §. pe. ff. ad l. Aqui. & in c. de cætero. de homi.

Limita hanc regulam sex modis, vt per Ioan. Vilemari de Fortia, in repeti. l. diuus. ff. ad l. Cornel. de sicca. in col. ij. & est illa repetitio in iij. vol. repetitionum iuris ciuilis.

REGVLA CXLVI.

CONTRACTVS ratione non sortitur forum ille, qui tanquam viator contraxit: Probat tex. in l. hæres absens. §. j. ff. de iud. not. glo. in c. Romana. §. nec etiam. de foro compet. in vj. in verb. respōdere.

Limita quadrupliciter, vt per Maria. in cap. dilecti filii. in colum. xij. de foro compe.

Primò, quando contrahens ignorabat illum viatorem, ignorantia probabili, quod in dubio præsumitur, si videt illum habētem per gulam, seu tabernam, aut quid simile: vel si ille non habebat aliquod signum peregrinationis, vel itinerationis.

Secundò, si res erat talis, quæ verisimiliter à viatore emebatur, aut vendebatur: vt ibi statim solueretur pecunia, aut traderetur res.

Tertiò, in his qui accedunt ad locum ea sola intentione, vt in illo loco contrahant, & ibi forum sortiantur, quamuis statim intendant inde recedere.

Quartò limita, vt viator contrahendo non sortiatur forum ratione contractus, quando contra viatorem, aliàs non daretur naturalis habitus fori, & iurisdictionis, secus si fortè ex aliquo priuilegio non posset iste contrahens ibi conueniri: nam ex contractu facto cum

ipso,

ipſo,tanquam cum viatore,tolletur ius priuilegii,& ibi poterit conueniri,ex habitu primæ iuriſdictionis. Et has duas vltimas limitationes,habuit ab Antonio in c.fi.eod.titu.vt ipſe refert.

REGVLA CXLVII.

Contractibvs apponi ſolita,& ſi non apponantur, pro expreſſis habentur. Text. eſt quem ibi dicunt meliorem de iure Bald. Anto. & Imol.in cap. cum M.Ferrarien. de conſtitu. quem etiam commendat Iaſ.in l.vt liberis.colum.ij.C.de collatio.vbi, & in col. ſequen plura ſimilia cumulat. Et vide in propoſito, quæ poſui in meis doctrinis magiſtralibus, in doctrina incipi.diſpoſitio.vbi alias remiſſiones deſcripſi.

Limita dupliciter ſupraſcriptam concluſionem, vt per Iaſo.in d. l.vt liberis.col.iiij.

REGVLA CXLVIII.

Contractibvs ſtricti iuris, non poteſt agi per ſtipulationem,ratione deceptionis,vel doli,re ipſa, quando promiſſor non habet animum decipiendi. Regula eſt per hæc verba à Iaſo. deſcripta, per tex.ibi in l.ſi id quod aurum.ff.de ver.obli.iij. notab.

Limita quadrupliciter,vt ibi per eum.

REGVLA CXLIX.

Contractibvs aucto iure dationis, & re debita ex contractu aucta,augetur ius acceptionis,ac ipſum debitum, vel obligatio: ita quòd augmentum ſuperueniens rei obligatæ, vel ex contractu debetur,acquiritur ei cui res debetur, vel eſt obligata iuxta terminos obligationis,vt in l.ſi fundus.in prin.§. ſi res. & in l.Paulus.§.ſi domus.ff.de pig.& in l grege. in prin.ff.eod.

Deſcripſit hanc regulam,& ampliat eam tredecim modis, & limitat aliis vndecim.Alber.Bruni in tracta.de augmento & diminutione.fol.xvij.col.j.cum aliis quinque ſequen.

Contractus.vide ſuprà conditio,& infra nominatis.

REGVLA CL.

Contrahentes non poſſunt facere, quòd obligatio vel ſeruitus realis ipſo iure finiatur tempore,ſed tantum paratur exceptio. Tex.eſt in l.eum qui ita.§.qui ita.ff.de verbo obliga.text. eſt ſimilis in l.obligationum ferè.§.placet.ff.de actio.& obli.Rationē huius aſſignat,& ex ea aliqua ſubtilia infert Iaſ.in d.§.qui ita.j.& ij.col.

Limita tribus modis,vt per Iaſo.in d.§.qui ita.d.col.

REGV-

REGVLA CLI.

CONTRAHENTIBVS licitum est abinuicem se decipere, in pretio, aut valore rei super quā contrahitur: Probat tex. in l. causā. §. pe. ff. de min. pro quo facit l. si hæres. ff. de minori.

Amplia istam regulam quinque modis, & aliis xviij. restringe: vt notabiliter per Panta. de Crema. in repe. l. ij. C. de rescind. vendit. in col. xxxii. cum quinque sequen.

REGVLA CLII.

CONTVMAX vt aliquis reputetur, requiritur trina citatio. Text. est in l. contumacia. ff. de re iudic.

Limita decē modis, vt per Alex. ibi, qui de aliis fallen. se remittit.

REGVLA CLIII.

CONTVMAX reus, contra quem fuit facta missio ex secundo decreto, reuertens non auditur aliquo modo. Glos. fina. in c. quoniam frequenter. vt lit. nō cōte. tenet Imo. in l. creditoribus. ff. de re iudi.

Limita dupliciter, vt per Felin. in cap. consultationibus. ij. col. de offic deleg.

REGVLA CLIIII.

CONTVMACIA non est de per se delictum. Ita Abb. in c. j. de iudi. col. iiij. & est communis opinio, prout asserit Felin. in c. ex literis. de consti. col. pen. nu. 27. vbi plura allegat pro dicta regula.

Limita quinque modis, vt per Feli. vbi ꝰ. post Domi. in sum. 4. q. j.

REGVLA CLV.

CONTVMACIA domini dicitur, & non procuratoris, quando dominus citatur, & mittit procuratorem, qui non comparet: Notat Bar. in l. cum filius. §. in hac. quasi in fine. ff. de verb. oblig. alleg. text. in l. si procurator. §. tutores. ff. manda.

Limita iiij. modis, vt per Cæpo. in caute. lvij. inci. iste arti. in prin.

REGVLA CLVI.

CONVENTIO inter partes, quòd debitum non possit probari nisi per instrumentum, & non per testes, non valet. Gloss. est sing. in auth. vt fine prohi. mat. cred. in §. quia verò. in verbo, senatusconsulto, post med. coll. vij. quam ibi sequitur Ang. & Imo. in c. si diligenti.

de

de foro compe.in col.iii.Bal.Ang. & Paul.in l.pactum inter hæredẽ. ff.de pac.& illam dicit notab. Hippo.in repet.rubr. C.de probat. in col.viii.prope fi.vbi plures doct.refert illam sequẽ.quos referre existimo su peruacuum.

Limita dupliciter suprascriptam cõclusionem, vt per Ias. in auth. iubemus.col.ii.C.de iud.vbi gl.dixit sing.

REGVLA CLVII.

Copvla, regulariter requirit concursum vtriusque copulati. Vt est tex.in l.si hæredi plures.ff.de condi.insti.& in §.penul.Insti.de hære.insti.& in l.si quis ita.ff.de verb.oblig.

Amplia semel,vt per Ias.in l.j.in col.ij.ff.de iusti.& iur.quam ampliationem ornat septem decisionibus notandis. Limita octo modis,vt per eum ibi,in duabus col.seq.vide latius per Fe. in c.ii.de rescrip.in col.xi.in §.copula.cum ix.col.seq.quia licet solum principaliter sex fallentias prosequatur,plura tamen notãda interserit in materia.Et vide Ias. in d.l.si quis ita. vbi tantum vnam ampliationem, & tres limitationes scripsit.

REGVLA CLVIII.

Correlativorvm natura talis est, quòd dispositio facta de vno solo.extenditur ad aliud, etiam non expressum: Vt in l fin.& ibi Bart.C.de indic.vid.tol.& in l.fina.& ibi etiam Barto.ff. de acceptil. tex.& Barto.in l.j.C.de cupressis.lib.xi. quem dicit meliorem de iure Ias. in Authen. sacramenta puberum. C.si aduersus vendit.in col. xiii.quasi in princ.Pro cuius intellectu vide Bal.in l.j.C. de commu. ser.manumis.vide plenè de materia per Hippol.in l.si quis viduam. col.v.ferè per totam.ff.de quæst.

Limita quadrupliciter,vt per Fel.in proœ.Gregor.in parte, Gregorius.à nu.3.vsque ad 12.& in c.fin.de Iudæ.vbi ponit aliquas doctrinas,pro exemplis huius regulæ.Et vide vberrimè per Bapt.de S. Blasio in tract. correlatiuorum, vbi per sex folia descripsit centum, & decem ampliationes,& totidem limitationes ad supra scriptam regulam:& est ille tractatus insertus in ii.vol.Tractatuum.

REGVLA CLIX.

Correvs credendi,quæ à debitore exigit,tenetur alteri correo communicare. Text.in l.qui hominem.§. j.ff.de solut.& in l.iii.§ j. ff.de duo.reis.gloss.celebris in l. frater à fratre. quam ibi scribentes exaltant.ff.de condi. indebi.

Limita duobus modis,vt per Ias.in d.l.frater à fratre.in lectu.col. xiii.& in repet.col.xvi.

REGVLA CLX.

CREDITOR quando succedit debitori, actiones confunduntur: Probat tex.in l.debitori.C.de pact.& in l.licet.C.ad l.Fal.& in l.penul.C.de hæred.actio.& in l.cum secundum.C.de fideicom.

Amplia semel, vt per Ias.in d.l.debitori. in princ. Limita tribus modis notabilibus, vt per Alex.ibi, circa princ. vbi vide Ias. qui allegat aliam limitationem remissiuè. Et vide eundem Ias. in l. frater à fratre.col.iii.nu.4.vbi duas limitationes ponit.

REGVLA CLXI.

CREDITOR habens rem meam pignoratam, eam mihi simpliciter legando, in dubio censetur mihi legare liberationem tantum pignoris, non autem remissionem debiti principalis: quare hæres nō tenebitur aliquid soluere, nec debitum personale remittere, sed tradere tantum rem à pignore liberatam.gl.ij.est nota.in l.si tibi.ff.de lega.j.facit tex.in l.j.ff.de libera.lega.

Limita tribus modis vt per Bar.in d.l.si tibi homo.qui colligūtur ex eius doctrina, prout ibi refert.Ias.col.pen.in fi.cum seq.

REGVLA CLXII.

CREDITOR petendo in iudicio sortem principalem, non præiudicat in vsuris, interesse, damnis nec in aliis accessoriis: secus videtur in receptione solutionis, quia recipiēdo sortem simpliciter, sibi præiudicat in istis accessoriis. Istam regulam tradit Ias.per text.ibi in l.j. C.de iudi.in ii.col.

Limita sex modis, vt per eum ibi, in ii.& iii.col.

REGVLA CLXIII.

CREDITORI priori soluens, non succedit in pignore nec in hypotheca. Vt in l.res obligatas. C.de pigno.& in l.j.C.de his qui priorum loco creditorum succedunt.

Limita quinque modis, vt per Ripam in l.si ventri.§.eorum ratio. col.ij.ff.de priuil.credito.

Primò, nisi soluens esset alia ratione creditor debitoris, quia tunc succedit in pignore cum priuilegio prioritatis: vt in l.j.C.qui potio. in pig.habe.

Secundò, vt non procedat, si soluens emeret nomen ipsius prioris creditoris, vt in l.si à creditore.C.de actio.& obli.

Tertiò, nisi prior creditor soluendi cederet iura sua.l.fina.C.de iure fisci.

Quartò,

Quartò, nisi prior creditor traderet pignus soluenti, quia tradendo videtur cedere hypothecam, vt in l.cum ex ea.& ibi Bal. C.de remis. pigno. de quo tamen dubitat Ripa, quia in contrarium videtur casus in l.j.C.quibus modis pignus vel hypothe.

Quintò fallit, nisi actum sit ꝙ solués succedat in locũ prioris. vt in d.l.j.de his qui in prio.loco succed.& in hoc casu tria requiruntur secundũ eundẽ, post glossam, in d.l.j.& post Azonem.in summa.

REGVLA CLXIIII.

CREDITORES non possunt agere reuocatoria, contra illos, in quos bona sunt alienata, nisi prius excussio præcedat in bonis debitoris, qui in eorum fraudem alienauit. Conclusio fuit glos. in §.item si quis in fraudem.in verbo, possessio.in vltim. expositione. Institu.de action. quam ibi sequuntur Doctor. Pro qua conclusione bene facit text.in l.j.ibi:bonis eius excussis.& in l penul C. quæ in fraud. cred. reprobata gl.in d.l.j.quæ voluit contrarium.

Limita hanc communem sententiam sex modis, vt per Ias.in d.§. item si quis.col.xvii.cum duabus seq.

DE LITERA D.

REGVLA CLXV.

DAMNATORVM bona de iure Authenticorũ, applicantur ascendentibus, & descendentibus condemnati in infinitum.Tex.est in authen bona damnatorum.C.de bon.præscript.vbi Docto.tu tamen Hispane hodie de iure regni vsque ad tertium gradum tantum, habes tex.in l.viii.tit.x.& l.vi.titu.vii.& l.v.titu.xxxi.par.vii. Item applicatur & transuersalibus, vsque ad tertium gradum, deficientibus ascendentibus.d.auth.bona damnatorum. Tu tamen Hispane per dictas leges habet, quòd exclusis transuersalibus, fiscus admittitur, nisi in casu.l.ij.tit.xxvi.par.vii.Vide tex.in l.iii.& iiii. tit.iiii.& l.iiii.tit. fin.lib. viii.ordin. regal.

Amplia hanc conclusionem duobus modis, & limita octo modis, vt per Michae.de Cifuentes, in commento legis iiii. Tauri.

Primò amplia, etiam si ille cuius bona veniunt confiscanda se occidat.Gl.notab.in l.fi.in fi.C de iure fisci, lib.x.pro qua videtur tex. in l.j.titu.xiii.lib.viii.ordin.

Secundò amplia, etiam si iudex in sententia expresse publicet bona, in casu in quo erant pnblicanda, in consequentiam pœnæ.

Limita primò, nisi quando publicãtur non omnia bona sed aliqua pars dũtaxat, siue quota bonorũ: allegat iure regio l.viii.tit.x.par.8.

Secundò limita, nisi in crimine læsæ maiestatis.l. quisquis. C. ad

 l iul.

l.iul.maie.& l.ii.titu.ii.par.vii.& l.ii.tit.vii.lib.viii. ordi. Sublimita primò quando filii committentium tale crimen maiestatis, sunt emã cipati,quia illi habebunt bona fisco excluso.per gl.vnicam in verbo, non valeat.in d.l.quisquis.§.emancipationes.sed illa reprobatur per vtrunque Imo.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ad Trebelli.ideo tene contrariam opi.esse de iure veriorem. Secundo sublimita,non procedere hanc limitationem in filiis natis ante delictum læsæ maiestatis commissum.Glo.l.diuo Marco.C.de quæstio. pro qua tu Hispane habes l.iii.titu.ix.lib.iiii.ordi. & est casus in l.vi.ad finem. tit.xxvii. partis ii.Dicit tamen Cifuentes vbi supra,se credere quòd fiscus nõ patietur talem limitationem ad d.l.quisquis.

Tertiò limitatur prædicta regula,in crimine hæresis.Authen.Gazaros.de hæreti.C.& in cap.cum secundum. de hære. libr.vi.quibus standum est,maximè cum sit crimen ecclesiasticum, secundum Cifuentes,non obstantibus legibus regni allegatis per eum, aliter disponentibus.

Quartò limita nisi quis iniecerit manus in cardinalem.

Quintò limita, nisi in omnibus casibus, in quibus bona ipso iure confiscantur.

Sextò limita,nisi in ascendentibus vel descendentibus naturalibus tantum,vel spuriis.

Septimò limita,nisi quis condemnetur propter delictum, ad perditionem bonorum,absque alia pœna corporali.

Octauò limita, nisi casu quo quis condemnatur, vel confiscant ur eius bona per Annotationem,propter eius contumaciam:Et quia inter iuris communis doctores est repugnantia, vide tu Hispane l.vii. tit.viii.parti.iii.& in pragmaticis huius regni.fo.clxii.& clxiii.

REGVLA CLXVI.

Damni replicatio admittenda est contra exceptionẽ lucrosam. Gl.est in c.dilecti.in gl.fi.de excep.quã ibi in hoc sequũtur Doct.

Limita hanc conclusionem,vt per Feli.ibi.ij.col.tribus notabilibus modis.

REGVLA CLXVII.

Datae tempus in rescriptis,regulariter attenditur.Tex.in cap. eam te.de rescrip.& in clemen. fina. eod.titu. facit text. in c.si super de offi.deleg.lib.vi.tex.in c.tibi qui.& in c.duob.& c.si eo tempore. de rescrip.lib.vi.

Limita sex modis,vt per Feli.in d.c.eam te.col.pen.& fina.

REGVLA CLXVIII.

Debitor si est captus,& incarceratus, non seruato iuris ordine,non

ne, non retractatur eius captura, si apparet quòd verè est debitor. Tex. est in l. fi. § fi. ff. quod me. cau. reputat vnicum & singu. Bal. in c. tuæ. vt lit. non contest. & c. conquerente. de restit. spo. quod refert Ias. in l. à diuo. §. in venditione. 3. col. de re iudi.

Limita hanc regulam dupliciter, vt per Ias. vbi suprà.

REGVLA CLXIX.

DEBITOR speciei, perempta specie, ante moram liberatur. Text. est in l. quòd te mihi. ff. si cert. pet. & tex. in l. si ex legati causa. ff. de verbo. oblig. & vtrobiq; omnes docto.

Amplia hanc regulam septem modis, & limita tripliciter, vt per Ias. d. l. quod te. in 3. col.

REGVLA CLXX.

DEBITOR sine die, si conuenitur priusquam extraiudicialiter moueatur, non soluet expensas, si confitetur, quia nõ fuit in mora, Not. Abb. c. 2. prope fi. de accusa. no. bene Ang. l. si manumissori. C. de obseq. pa. præst. Bal. in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expẽ. Vide Feli. in c. nouit. de iudi. prope fi. & in d. c. 2. in fi.

Limita istam conclusionem sex modis, vt per Feli. in c. licet helî. de simo. col. 2. Et vide eum in col. seq. cui incumbit onus probandi, si negetur interuenisse monitionem extraiudicialem.

REGVLA CLXXI.

DEBITOR necessarius, quando aliquid relinquit in testamẽto, semper videtur tale legatum factum vt compensetur cum debito. Hanc regulam descripsit Ias. in authent. præterea. col. x. C. vnde vir & vxor. quam colligit ex dictis per Bar. & doct. ibi, & per Bar. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solu. matri. quæ dicta prius ipse Iaso. in colum. ix. declarat.

Amplia mirabiliter, vt per eundem ibi, post Are. in consi. 93. inci. viso legato. colũ. j. in fi. etiam si talis debitor sit necessarius, in foro conscientiæ tantum.

Limita dupliciter, vt per eundem Ias. ibi.

REGVLA CLXXII.

DECENNIO si quis habitauit, videtur habere animũ perpetuo standi, & præsumitur ibi constituisse domicilium. Tex. iun. cta glo. in l. 2. C. de incolis. lib. x. & ita intelligitur quod no. Ioan. Andr. in procem. Decre. per l. cum de in rem verso. ff. de vsu. Barto. & Ange. in l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniurijs.

Limita dupliciter,vt per Maria.in c.fi.col.16.de foro compet. refert cum Feli.in c.dilectus.el 2.de rescri. col.7.

REGVLA CLXXIII.

DEFENDERE alium non tenetur quis regulariter de iure ciuili. Tex.est in l.metum etiam.§.licet.ff.quod met.cau.& ibi Bar. gl.in l.culpa.caret.ff.de reg.iu. Bar .in l.ij.§.si eo.ff.ad Syllan.& vide rationes ad hanc regulam, & alias remissiones per Ioann. Vilemati, in loco infra allegando.

Limita tripliciter,vt per Felin.in c.quam te.de senten. excom. 2. col.& limita latius vt nouissimè per Io. Vilemati,in repeti.l.diuus. ff.ad l.Cor.de sicca.col.5.& sequen & habetur illa repetitio in 4. volu.repet.diuersorum docto.in iure ciuili.

REGVLA CLXXXIIII.

DELEGATIONIS instrumenti registratio, facta in actis, probat originale,adeò quòd non est amplius opus,ipsum producere. Ita concludit Inn.in c.cum in iure.de offi.delegat.cuius sententiam referunt Domini de Rota,deci.xciij.& est prima sub titulo de fide instru.hoc attestante Feli.in loco infrà allega.quæ decisio est in antiquis, illa tamen non refert Inno.in loco vbi Feli.dicit, nec loquitur in instrumento delegationis, sed procurationis, & alios etiã citat idem Feli.in fauorem huius regulæ in d.c.cum in iure. iiij. colum. in princip.

Amplia dupliciter secundum, eum primò etiã si postea appareat originale abolitum,vel abrasum,vel cassum,quia non nocet.

Secundò etiam si originale non fuit registratum , sed data copia parti. quæ nihil opposuit, quia perdito originali, cogetur pars copiam exhibere, quæ registrata faciet fidem , pro quo solum refert Pau.de Ca.in l.publicati.C.de testa.

Limita tripliciter secũdum eundem Feli. primò dummodo iudex authorizauerit exemplationi,quia generaliter nõ sufficit productio facta coram solo notario,& hanc restrictionẽ,præcipit mente teneri.

Secundò limita, dummodo registratio sit facta de toto tenore instrumenti,vel de principio & fine,cum clausulis substantialibus, secus si simpliciter de principio & fine.

Terciò limita,dummodo præsente aduersario,vel citato.

REGVLA CLXXV.

DELEGATVS inferioris,non potest subdelegare. Hanc regulam probat tex.in c.super quæstioni.§. si verò.de offic. delega.& ibi glo. elicit ex tex.

Amplia

Amplia vno modo,& limita septem modis,vt per Feli.in d.§.si ve rò.col.peu.& fi.vbi aliquas ex limitationibus sublimitat.

REGVLA CLXXVI.

Delegatus Papæ cognoscit etiam an sua sit iurisdictio. Tex.est in l.ij.ff.si quis in ius voc.nō ierit.& in l.præscriptiōe.C. si contra iue vel vtilit.publi.tex.in c.super literis.de rescrip.

Amplia tripliciter,& limita quatuordecim modis collectis per Felin.in d.c.super literis.col.10. cum x.seq. vbi etiam aliquas ex limitationibus sublimitat multipliciter.

REGVLA CLXXVII.

DELEGATVS inferioris à principe non potest mulctam indicere. Ita consuluit Ange.consi.8.& sequitur Felin. in c.de causis. col.iiij.de offic.delega.

Limita quadrupliciter hanc conclusionem, vt per eum ibid.

REGVLA CLXXVIII.

DELEGATVS post sententiam latam,& executioni mandatam, ita functus est officio suo, vt non possit se vlterius impedire, ante executionē verò functus est quo ad cognitionem.l.si vt proponis.la j.C.quomo.& quand.iud.Domini de Rota,decis.cccxlj. inci. dubitatur vtrum, in nouis.

Limita octo modis,vt per Felin.in c.in literis.j.colum.& sequen. de offic. delegat.

REGVLA CLXXIX.

DELEGATVS inferioris non potest facere citari reum, & sic capi personam inuitam, Probat glo. in l.consentaneum.C. quomo. & quam.iud.& in §.si verò etiam.in authen.de exhib.reis.coll. 5.notant Docto. in l.plerique ff.de in ius vocan.& ita est communis conclusio.

Limita istam conclusionem, nisi talis captura personæ, fieret de suspecto de fuga. ita limitat Ias.post Roma.ibi, in l.2.colum.4.ff.de iurisdi.omn.iudic.

REGVLA CLXXX.

Delegati, potestas,prorogari non potest. Hanc regulam probat tex.in c.P.& o. de offic.delega.per quem ita notant Doctor.ibi.

Limita sex modis,vt per Feli.ibi, col.2.

REGVLA CLXXXI.

Delegatus Papæ,vel principis,poteſt ſubdelegare,Vt in c.cum cauſam.de appel.& in c. ſuper quæſtionum.§.ſi verò. de offi. deleg.& nõt.in c.cum Bertoldus.de re iudi. & eſt Cæſareus caſus in l.à iudice.C.de iudic.Habes Hiſpane text.ad idem, in l.decimanona,titu.4.par.3.

Amplia quinq; modis,& limita quatuordecim,vt per Iaſo.in d.l. à iudice.col.antepen.cum duabus ſeq.

Delegare.vide infrà, in regula ordinarius.la.2.

REGVLA CLXXXII.

DELICTVM quando quis cogitat, agit, & perficit, regulariter punitur, nec pœnitentia ſibi prodeſt, vt in l. qui ea mente.ff. de furtis.

Iſtam regulam tradit Philip.& limitat quinq; modis in c.j.de homi. in 6.in col.fina.

Primò, in foro conſcientiæ, & pœnitentiali.

Secundò, quando ex pœnitentia, declaratur in præteritum non fuiſſe delictum,vt in l.j.C.de crimin.ſtelliona.

Tertiò, quando quis deliquit incitatus,à re ſuper qua deliquit,vt in l.j.§.j.ff.de ſer.fugit.

Quartò,quando ex tali delicto,oriebatur actio ad intereſſe, quod deſinit per pœnitentiam,vt in l.ex hoc edicto.§.pen.ff. de alie. iudi.

Quintò,quando actio ab initio non erat pœnalis, vt l.j.§. quod ſi fecerit.ff.de publ.quia alias ſi ab initio eſſet pœnalis, non admittere tur in pœnitentia,niſi in caſu per eum ibi.

REGVLA CLXXXIII.

Delictvm factum à famulis,amicis,vel conſanguineis alicuius,ei non imputatur, nec ſciuiſſe præſumitur. Probatur iſta regula per tex.& gl.in c. quia præſulatus.j.q.3.& in c. Petrus. de homi à cõtrario ſenſu,& in c.ſicut tuis.de ſimo.& in c. cum ad ſedem. de reſtitu.ſpol.per quem tex.ita not. Bald.in l.ad inuidiam.C.quod metus cau.ſi.col.vbi dicit menti tenendum, & in alijs locis per Feli.relatis in d.c. Petrus.col.j.vbi hanc regulam deſcripſit.

Limita ſeptem notandis, vt per eum ibi,in d.col.j. ad fin. & ferè per totam ſequen.

REGVLA CLXXXIIII.

Delicto non tenetur quis obuiare ſecundum legẽ.Glo.eſt in

in c.quantæ.ver.interpretari.de sen.exco.tex.in l.metum.§.sed licet. ff. quod met. cau.

Limita tripliciter,ut per Feli.in c.1.col.2.de offi. deleg.

REGVLA CLXXXV.

DENVNCIATIO extraiudicialis.non causat malam fidem , ut in §.potest.16.q.3.uersi.his.& in l.pe.ff.pro emptore.

Limita sex modis,vt per Feli.in c.nihil.col.pen. & fi.de præscrip.

REGVLA CLXXXVI.

DEPONENS apud hospitem , valisiam uel fardellum clausum & sigillatum probat suo iuramento,res ibi existentes, si sibi per hospitem dissigillatum,& apertum tradatur. Doctrina est Barto. qui refert Inno.in l.in actionibus.fi.col.ff.de in litem iur.vbi vide Ias.pen.col. qui hanc dicit esse communem sententiam,pro qua refert Bal. Rom. Fulgo.Spec.Nicola.Imo.Sali.& Io.Petrum de Ferraria,& uide eundem Ias.in l si quando.col.antepe.C.vnde vi.

Limita tribus modis,ut per Ias.in dict. l. in actionibus.in dict.columna antepenul.

REGVLA CLXXXVII.

DEPORTATVS est incapax hæreditatis,uel legati,& sic non habet testamenti factionem passiuam.Text.est,vbi doct.in l.1.C.de hære.inst.faciunt noc.per Bar.in l.si deportati.ff.de lega.3.

Limita octo modis descriptis per Ias.in d.l.1.in 1.col.

REGVLA CLXXXVIII.

DETERMINATIO aliqua,respiciens plura determinabilia,debet ea æqualiter determinare. Tex. est in l.iam hoc iure.uer.sed si aliter & in l.Lucius.ff.de vulg.& pup.& in l.in testamento. la 1.C. de test. mil.& in l.quamuis.& in l.hæreditatem.C.de impu.& aliis.

Amplia hoc procedere,etiam in statutis.Ange.in consi.143.incip. tria uidentur,ad fi.quem refert Ias.in d.l.testamento.col.3.vbi regulam prædictam limitat dupliciter.

Primò videlicet quando in vna re ex determinabilibus, subesset maior fauor. Secundò , quando inesset maior ratio, quem uide de ueritate .

REGVLA CLXXXIX.

DICTIO seu,est ampliatiua,seu augmentatiua, & facit utrunque deberi.

deberi. Text. habes cum exemplis in l.si quis ita ff.de auro & argen. leg.voluit glo.in c.ego Ludouicus.in verbo,seu 63.distin.probat gl. in c.bone,el primo.in glo.fi.de postul prał. not.Card.in clemen.1.§. porrò.de sum.tri.& fide catho.& Abb.in c.inter cæteras.col.1.in fi.de rescrip.vbi per eius additionem? Vnde dicebant Bal. & Pau.in l.cum quidam.C.de lega.,quòd si testator legat libros quos habebat Bononiæ seu Paduæ,omnes debentur.

Limita primò, quando caderet inter dictiones singularis numeri, vt si legat testator,æquum album,seu nigrum, quia tunc legatarius, non habebit nisi vnum.Ita tenet Bal.in c.inter cæteras.fin.col.de rescrip.quod dicit mirabile Iaf.in d.l.cum quidam.col.2. post med.nec alibi legisse, reputat tamen eam periculosam limitationem quantum ad se.

Secundò limita,quia licet dicta dictio augeat, tamen non debet augere immoderatè.Ita restringit Iaf.in d.col.2. referendo ad hoc Archi.in d.c.si ego.& in c.statutum.§.cum verò de ref.lib.6.col.1. quod dicit esse magnũ dictum,tamẽ dubiũ quo ad se,& relinquit cogitãdũ.

Tertiò ultra Iaf.restringe,in contractibus,in quibus non fit ita plenior interpretatio sicut in legatis,& ideo regula nostra non procedit in eis.Ita tenet Io.de Imo.in d.c. inter cæteras.quòd ibi refert & sequitur Feli.pe.col.in fin.

REGVLA CXC.

Dies termini,computatur in termino.Ita Ioan.And.in ca.super eo.in 2.de appel.ubi Abb.& idẽ Abb.in ca. quærenti.ff.de offi.deleg.

Fallit sex modis,ut per Doct. del Castillo in commẽto legum Tauri,super l.64.in parte desde el dia.

REGVLA CXCI.

Dies celebratæ stipulationis expressus in ea,non facit censeri stipulationem esse factam in diem,ideo eadem die potest debitor conueniri.Tex.est in l.liber homo.§.decem hodie.ff.de verb.obl.& ibi Iaf. 1.& 2.col.declarat bene hanc regulam.

Limita quatuor notandis modis, ut per eundem Iaf. in d.§. liber homo.2.& 3.col.& aliquas ex dictis limitationibus ornat.

REGVLA CXCII.

Digitus non est membrum. Ita tenet Abb. in ca.1.qui clerici vel vouen.in fi.post Bar.in l.2.ff.de pub iudi.& Pau. in l.vxoris abortu.C.de post.hære.insti.Vide Bald.in l.eos.3.col.ver. quæro quid est membrum.C.de accu.

Limita sex modis,ut per Fel.in c.cũ illorũ 2.col.in fi. de sen. excõ

Regula

REGVLA CXCIII.

Dignitati defertur in pœnis.Tex.cum glo.in c.fi.de pœ.& in clemen.multorum.eo.d.tit. verbo inferiorum.& glo.in c.qui contra pacem.14 q.1.facit bona gl.in l.defertorem.§.1. de re mi.Vide tex.& ibi bonam distinctionem Bal.in l.nemo.C.de sacrosan.eccle.

Limita in 60. casibus, quos accumulauit Felin. in cap. pastora.in prin.col 1.de offi.dele.& uide Ia.Boullene in repe.§.famosus.l.capitalium.ff.de pœn.fol.23.ubi ponit 3.limitationes.

REGVLA CXCIIII.

Disiunctiva posita inter personas,resoluitur in coniunctam. Tex.est in l.cum quidam.C.de legat.

Limita octo modis,ut per Ias.ibi col.3.& seq.

REGVLA CXCV.

Dispensatio non extenditur.Tex.est in c.fi.de fil.presbyt.in 6.etiam ad casum maiorem, & habentem in se maiorem rationem, quàm habeat casus concessus,ut voluit singulariter Ho.in c.postulasti.de rescri.quem sequitur Abb.in c.ad aures.de rescri.& Nic.Mil.in suo repertorio,in verbo,dispensatio,quos refert Fel.in d.c.postulasti. col.13.de rescrip.& uide Ias.in l.fi.ff.de consti. prin. col.8. in prin.vi idẽ sequitur,& plures decisiones allegat in proposito,& licet Philip. Deci.in c.at si clerici de iudi.§.de adulteriis.col.6.& in l.nō debet.ff. de reg.iu.in ver.4 regulariter.teneat contrarium,& dicat, quòd ista conclusio nō probatur iure,eã tamen firmat nouissimè Lancil.Galiaula in 2.col.3.ff.de verb.obli.vbi respondet ad motiua Philip.Decij.

Limita dupliciter,ut per Fel.in d.c.at si clerici.§.de adulterijs.de iud.col.9.quem uide,quia bene loquitur per totam col.seq. Quas etiam limitationes rescripsit idem Fel.c.mandato.de simo.col.2.& uide latius eundem Fe.in d.ca.postulasti.col.13. vbi supra dictam conclusionem Hosti.firmat pro regula,& in septem col.seq. eam limitat octo modis, vbi interserit plura singularia in materia dispensationis.

REGVLA CXCVI.

Dispositio, seu statutum, quod sine consensu & authoritate principis poterat per disponentes, seu statuentes fieri, si à principe confirmetur,potest sine eo liberè reuocari. Probatur ista regula per text.& ibi Abb.in ca.cum accessissent.de consti. quam probat latius Ias.in l.omnium.col.3.C.de testa.

Limita singulariter, nisi princeps in confirmatione apponeret clausulam

clausula decreti annullatiuam, uidelicet, si secus actum fuerit, sit irritum & inane. Tex. est in c. dilecto. uer. nisi forte. cum glo. ibi, in uerbo, clausula. de præben. quem tex. ibi pro singulari notant Ant. Im. & alij, & Ioan. de Imo. in l. ex facto, in princip. ff. de vulga. & pupil. & Ias. in d. colum. 3.

REGVLA CXCVII.

Doctor potest compelli inuitus, ad consulendum. Glo. in l. 2. C. de proxi. sacr. scrini. lib. 12. ubi Bar. etiam tenet.

Limita tripliciter, vt per Felin. in cap. si pro debilitate. colum. 4. de offici. deleg.

REGVLA CXCVIII.

Doctor qui fecit consilium, non potest regulariter illud reuocare. Bal. in c. si pro debilitate. de offi. delega. vide Bar. in l. de tutela. C. de integ. resti. mino.

Limita tripliciter, vt per Feli. in c. si pro debilitate. colum. fin.

REGVLA CXCIX.

Doctor præcedit militem. Ita Bal. in proœm. ff. in fine, & in l. quod constituitur. ff. de testa. mili. & Anto. in rub. de maio. & obe. Feli. in c. clerici. col. fin. de iudic.

Limita tripliciter, ut per Feli. in d. c. clerici.

REGVLA CC.

Dolus dans causam contractui in bonæ fidei contractibus, facit contractum ipso iure nullum secundum magis communem opinionem, vt per glo. & docto. in cap. cum dilecti. in gloss. fin. de emptio. & uendi. per Bar. in l. sub prætextu. la prima. C. de transact. vide Hispane l. 57. titu. 5. pat. 5.

Amplia tripliciter, & limita. 18. modis, ut per Anto. Nicellum in tracta. concordiarum glo. iuris ciuilis, & canonici, in concordia 13. quæ. incip. gloss. vna.

Dolus vide supra, in regula contractibus. la 1. & infra in regula, pœna la 2. & in regula, tutori.

REGVLA CCI.

Dominus qui post receptam ab aliquo iniuriam, dixit famulo suo nunquam redeas domum meam, si ego non sentiã aliquid de illo negotio, si ille famulus postea interficiat iniuriãtẽ, uidetur illud mãdasse,

daſſe,& punitur pœna mortis. Doctrina eſt ſingu. Bar. in l. ſi quis mihi bona. §. pater Seyo. ff. de acqui. hæredi. quam ibi ſequuntur Bal. & Ang. & Moder. pro qua doctrina ponderant Ancha. & Abb. tex. ibi in c. ex literis. de exceſ. præla. eam dicit ab omnibus approbari Iaſ. in l. j. col. vj. ante medium. C. de ſer. fugi.

Limita ſex ſingularibus modis, vt per Iaſ. vbi ſupra in d. col. vj. & ſeq. qui prius aliqua contra dictam concluſionem adducit.

REGVLA CCII.

DOMINVS qui litigauit per procuratorem, ſi ſit citatus ad audiendum ſententiam, vel ad alium actum iudiciarium, & fuit contumax: non valet ſententia lata, vel ille actus iudiciarius geſtus, ſola præmiſſa citatione, & contumacia Domini. Ita not. Bart. in l. furioſo. ff. de re iudic. Anto. & Abb. in c. ij. de teſti. & notant alii, quos referre non curo, relati per Iaſ. in loco infra allegando.

Limita dupliciter, vt per Iaſo. in d. l. furioſo. in col. fin. Primò, quando dominus citatus compareret, quia tunc valeret ſententia propter ius vtile inſtantiæ, quod habet dominus ſine ceſſione, pro quo refert Bart. ibi & alibi, & Abb. ſed iſta fallentia reſpectu regulæ eſt impertinens, quia loquitur data contumacia domini.

Secundò limita, quando eſſemus in cauſis in quibus proceditur ſummariè, & ſine figura iudicii. quia tunc valet ſententia, licet dominus & non procurator fuerat citatus. Pro quo allegat Bar. in extrauag. ad reprimendum, in ver. ſi ne figura. & ſequitur etiam Cuma. in d. l. furioſo. in fin. Roma. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ff. de verbo. obliga. vbi hoc dicit perpetuò menti tenendum.

REGVLA CCIII.

DOMINVS feudi cognoſcit inter vaſallos, nec poteſt fieri prorogatio. Regula eſt, quam firmat Felin. in cap. cæterum. de iudi. in col. iiij. in princ.

Limita tredecim modis, vt per eum ibi, & in col. ſeq. & vide Maria. Socin. in c. ex tranſmiſſa de foro compe. col. vij. & viij. vbi tradit ſex tantum limitationes, quarum aliquæ differunt à deſcriptis per Felin. vbi ſupra.

REGVLA CCIIII.

DOMINIS imputantur exceſſus officialium vel famulorum ab eis deputatorum, ad aliquid exequendum. Tex. eſt in l. j. in prin. §. famuli. ff. de public. & in l. j. §. ait prætor. ff. de vi & vi arm. ponit hàc concluſionem Feli. in c. Petrus. de homi. ver. fallit ſeptimò. ij. col. vbi pro ea aliquas doctrinas doctorum adducit.

Limita & declara hanc cōclusionem ix.modis notabilibus, vt per eundem Feli.in d.col.ij.& per totam seq.

REGVLA CCV.

DOMINIVM rei in specie, sed alternatiuè legatæ, non transit nisi facta electione. Tex.est in l.huiusmodi.§.Stichum.ff.de leg.j.

Amplia quatuor modis, & limita decem & quatuor modis, vt per Iac.de Nigris in repe.l.j.ff.de legat.j.

REGVLA CCVI.

DOMINIVM non transfertur, si trado rem meam vt alienam. No. glo.in l.j.in glo.mag.ff.de offi.procu.Cæsa.& ibi Bart.per l.si procu. ff.de acquirendo.

Limita tripliciter, vt per Ias.ibi col.iiii. in prin.

REGVLA CCVII.

DOMINIVM in ecclesiam, solo titulo sine traditione transfertur. Tex.est in l.fi.C.de sacrosanct.eccles.gloss.& doct. in cap.ex literis.de consue.

Limita, & intellige, quando venditio immediate celebratur cum ecclesia, secus si cum suo procuratore, quia tunc sine traditione non transfertur: tenet Ang.sing. in l.1.§.per procuratorem.ff.de acquir. poss.quòd refert dubitando Ias.in d.l.fin. col.ii.

REGVLA CCVIII.

DOMINII translationem non impedit pactum de non alienando, appositum in contractu: Notant Bar. & Bal.in l.ea lege.C.de con di.ob causam.& in l.qui absenti.§.j.vbi doct.ff.de acqui. pos.& Pau. in l.fin.C.de pactis inter empt.& vendi. & ab ista conclusione nemo dissentit, vt firmat Crotus in loco infra allegando.

Limita septem modis, vt per Ioā. Crotum in repeti.§. diui.l.filius fami.ff.de leg.1.in col.xxvi.quem prius lege in duabus col. præceden.pro ipsa regula, vbi dicit, quòd licet omnes teneant hanc opinionem, tamen in puncto iuris credit contrariam opinionem veriorem, & disputando facilè posse sustineri, & fundamenta subiungit.

REGVLA CCIX.

DOMINIVM rei meæ, non potest princeps auferre per rescriptū. Glo.est not.quæ ad hoc probandum citatur passim in l.fi. C.si contra ius vel vti.publi.de qua materia vide singulariter per Felin.in c.

quæ

quæ in ecclesiarum de consti.in col. ix. cum pluribus seq. Et vide l. ii.titu.1.partita secunda.

Amplia nedum hoc procedere in dominio directo, sed etiam in vtili, quod habet emphyteuta, feudatarius, vel superficiarius. Ita singul.not.Bart.in l.quicunq;.C.de fundis patrimo.lib.xi.

Limita tribus modis.vt per Ias.in d.l.fi.col.1. vltra alios quatuor, quibus ibi glo.restringit seipsam.

REGVLA CCX.

DONANS, seu liberalitatem exercens, habet priuilegiũ vt non exigatẽ vltra quã facere põt.Tex.est in §.sed & si quis.insti.de acti.& in l.inter eos ff.de re iudi.ver.is quoq; & in l.ne liberalitate. ff.eo.ti.

Limita hanc conclusionem vnico modo, vt per Iaso.d.l.inter eos. vers.is quoque.1.colum.videlicet, vt procedat in promissione de donando pura & simplici, secus si ob causam donatio est. Hanc limitationem probat, confirmat, impugnat, & demum defendit Ias. vbi s. Sublimita hanc limitationem vt per Ias.in d.§. sed & si quis dupliciter.post Fabr.ibi. Primò nisi donatio ob causam respiciat solum fauorem recipientis, & non dantis, ita quòd in nihilo esset vtilitas dantis: vt casu quo dono tibi centum, vt emas tibi domum, vel in dotem: & ita intelligit l.si extraneus.ff.de iure doti.

Sublimita secundò hanc limitationem non procedere, quando datio facta ob causam etiam concernentem fauorem dantis: excederet ipsam causam, & sic esset maior datio causa ipsa, quia in eo quòd excedit, est mera donatio, & habet locnm dictum priuilegium, de quo in regula diximus Ias.d.§.sed & si quis. pen.col. vbi dicit se credere istam meram veritatem, & eam non inueniri alibi inclusam.

REGVLA CCXI.

DONANS potest pactum reuocare, seu remittere donatario in præiudicium ecclesiæ, cui post mortem ipsius donatarii acquiri voluit. Est singularis decisio. Bartol.in l.qui Romæ. in §.Flauius ff.de verbo.oblig.& est vera & communis conclusio secundum Iaso. ibi, col. vi.qui eam confirmat nu.15. & 16.

Limita hanc regulam tribus modis, ut per eundem Ias. in d.§.Flauius.col.vii.& viii.& ix. vbi prædictas tres limita.latè examinat.

REGVLA CCXII.

DONATIO facta inter viuos, per patrem filio. non imputatur ei in legitima, nisi expressè dictum sit, Probat text.& ibi not.hoc Bart. in l.si quando.§.generaliter.C.de inoffic.testam. vbi dicit Ias.quòd ista regula probatur in illo text.melius quàm alibi. Idem tenet ipse

Ias.

Iaſ.in authen.ex teſtamento in col.iiij. in fin. C.de colla.vbi vltra d. §.allegat tex.in l.ſi cum mortis.in ij.reſpon.ff.de inoffi.teſta.& in l. etiam.§.ſi debita.ff.de ope. liber.

Limita primò, quando donatio non valuit à principio, ſed fuit morte confirmata:quia tunc habet vim reliĉti, & computatur in legitimam.Ita Bar.& communiter alii in l.in quartam.ff.ad l.Falci.& ſequitur Iaſ.in d.§ & generaliter. qui alios refert pro hac ſentẽtia.

Secundò limita,quando non fuit donatum expreſsè,ſed datũ ſimpliciter,quia tunc imputatur,etiam ſi non ſit diĉtum. Ita Bar.ſingulariter in l.j §.ſi vel parens.ff.ſi quis à parem. fuer. manumiſ.ſequitur Iaſ.vbi ſupra,qui refert Imo.Pau.& Alexan. idem in variis locis firmantes. Et ſecundum iſtam limitationem poteris tu Hiſpane ad concordiam reducere duas leges partitarum,quæ inuicem aduerſari videntur,quarum vna eſt in v.par.titu.iiij.l.iij.ver. mas in otra. & altera eſt in vj.par.titu.xv.l.iiij.in prin.quia prima vtitur verbo, dieſſe:alia verbis,faziendo donation. Vnde prima procedit,quando ſimpliciter fuit datum,alia,quando expreſsè donatum.

Tertiò limita,quando quantitas donata aſcenderet vſque ad legitimam,quia tunc & ſi non eſſet diĉtum,imputaretur,ſecundum Iaſ. vbi ſupra,poſt Imo.& Alex.in locis per eum relatis.

REGVLA CCXIII.

DONATIO faĉta alicui reuocatur, ſi donator poſtea liberos ſuſcipiat.Apertus eſt caſus. & pia conſideratione fundatus in l.ſi vnquam.C.de reuoc.dona. (cui conſonat lex noſtri regni.v.part.titul. iiij.l.viij.) quæ reuocatio fit in totum,ſecundum communem ſentẽtiam,vt teſtatur Soc.in conſi.xciij.teſtamentum præmiſſum.iiij.vol. col.v.& ita etiam diſponit lex regia ſupra alleg.

Amplia primò,etiam ſi ſit donata res particularis.Ita Bar.in l.Titia Sey.§.imperator.ff.de leg.ij.col.iij. verſi. quæro l.ſi vnquam.idẽ ſentit Bald.ponderando diĉtionem aliquam,illius text. in eadem l.ſi vnquam.Contrarium tenet idem Bald.in l.j. C.de inoffic.donat.col. pen.in fi.& in l.ſi cum vel in vtero.C.de teſtamen.milit. in fin.idem in authen.ex cauſa.C.de lib.præte.col.iij.in fi. & idem voluit Alb.in l.cum acutiſsimi.C.de fideicom. Prædiĉtam tamen opinionem Bart. tenet Iaſ.in l.generaliter.§.cum autem.col.iij.C.de inſt.& ſubſt.vbi refert Imo.in c.fi.de dona.idem tenere, & Alex.in conſil.lxxj.vol.4. & idem tenet ipſe Iaſ in l.j.col.iij.de paĉ.vbi alios refert ad idem:& diĉtæ opinioni Bart.videtur aſſentire Socin.in l.cum auus.col.xix.ff. de condi.& demon.cum quadam modificatione,niſi illa res particularis eſſet talis, quòd quantitate eius,& donantis inſpeĉta,& modo liberorum attento,adhuc veriſimiliter, donans illam concederet, etiã ſi de liberis cogitaret : quod dicit fuiſſe conſultum per quoſdam ſolennes doĉtores. Et iſtam etiam ſententiam tenet idem Soci. in cõſi.

xx.

xx.incip.in facto præsupponitur.col.fi.in j.vol. & in consi.cxlvii. in ii.vol.in col.pen.ante med.& refert hoc tenuisse.Aretin. in l.Titius. ff.de lib.& posth.& circa hanc ampliationem,vide optimè per eundē Soc.in consi.liii.incip.viso instrumento donationis. in iiii.volu. col. iiii.& melius.in col.v.vbi quasi ad finem tenet supra scriptam modificationem,qui refert ad hoc Io.Bapti.sanct.Seuerino,& etiam Frāc. de Aret.vbi supra Sequitur & idem Soci.in consi.xciii.incip.testamē tum præmissum.iiii.vol.col.viii.

Amplia secundo,etiam si filii nati statim moriantur:voluit Bar. in d.§.Imperator circa fi.versic. quæro pone.vbi arguit pro & contra, quod sequitur Ias.in l.si quis hæredem.col.iii.C.de insti.& subst.vbi refert Imo.Bald.Paul.distinctis locis idem firmare,quod notant: intellige nisi post mortem filiorum pater tanto tempore superuixerit,quòd potuisset voluntatem mutare,nam ex quo nō mutauit,præsumitur voluisse,vt donatio esset tacitè reconualidata. Ita tenet Bal. in l.j.colum.fin.circa medium.C.de inoffi.don. quod refert Paul. in l.ij.col.fi.C.de posth.hære.inst. quos refert Ias. in authen. ex causa. col.fin.C.de lib.præt.

Amplia tertiò,etiam si talis donatio sit iurata:tenet Bartol.in d.§. Imperator.in fi.& voluit Bal.in l.j.C.de inoffi.dona.col.fi.in fi.idem tenet.Soci.in alleg.consi.xx.col.fin.& in j.volu. & in d.consi.liiii.in prin.iiii.vol.vbi hoc dicit communiter teneri, & refert Ioā.de Imo. idem tenentem in cap.fin.de dona. voluit etiam Franc. de Aretio in consi.xxiiii.incipien. quatuor dubia. quem refert, & sequitur Marcus Anto.in tractatu,de virtute iuramenti.col.iii.& habetur ille tractatus in iii.vol.Tractatuum.

Amplia quartò,etiam si donator renunciauerit d.l.si vnquam. tenet Oldr.in consi.clxxiii.incip.quidam habens filium,& Alberi.in d. l.si vnquam.& vide Soci.in consi.cxxvi.inci.visum fuit primo aspectu.col.pen.vol j.vbi pro ista parte refert Io.And.& Sali.& Petrum de Ferra.& Ludo.Roma.& Nicol.Mili. & Vitalem in suo tract.clausularum:qui omnes secundum eum tenent in variis locis ab eo relatis,quòd dictæ legi non possit renunciari,& pro parte contraria adducit Barto.Imo.Cuma.& Bald.& dicit quòd prima opinio, scilicet quod dictæ legi non possit renūciari,est probabilis, pro qua ipse aliqua adducit. Vide tamen eundem Soci.in consi.cxlvii. col fi.ij. vol. incip. visa facti contingentia.vbi dicit quòd communis sententia est quòd possit renunciari.

Amplia quintò hoc adeo procedere, quòd talis donatio reuocatur ipso iure,vt not.Barto.in d.§.Imperator. & dicit hanc esse communem opin. Soci.alleg. consi.xciii. testamentum præmissum.volu. iiii.colum.v.

Amplia sextò dictam regulam habere locum,etiam in donationibus causa mortis,vel in actibus moriētiū.Ita tenet Pau.de Cast.cōsi. ccccxxxiiii.vol.j.respondeo per ordinem,in fi.versi. circa quintum.

Amplia septimò hoc adeo procedere, quòd ipsemet pater donãs potest venire contra donationem, superuenientibus liberis, ita Bald. in d.l.j.C.de inoffi.don.in fi.

Limita, primò, si donator post donatiõnem factam filios adoptauerit, quia tunc non reuocatur donatio, vt est Alexand. sententia in consi.xl.super eo dubio quo quæritur.in col.pen.iiii.vol.referente illum Ias. qui non minus in scribendo pulchrum dicendi ordinem, quàm allegationum copiam amauit: ex quo ad eius perlegenda scripta non parum flectit iurisperitorum animos, in d.§.cum autem. l.generaliter.col.vi.ante medium.C.de insti.& subst.& ita etiam tenet Paul.de Cast.in d.consi.ccccxxxiiii.col.fi.ver. præterea si aliud. vol.j.per l.si ita quis.§.fi.ff.de leg.ij.& per l.fideicommis.ff. de cõd. & demon.licet ista non sit propriè limitatio ad regulam, sed cuiusdã dubii occurrentis circa d.l.decisio.

Secundò limita, si donator post donationem filium legitimauerit. Ita tenet Bald.in l.fi.in fi.C.si quid in frau patron.cui assentitur Ias. in l.cum acutissimi.col.fi.C.de fideicommis.vbi refert eundem Bald. & Salic.idem differentes in aliis diuersis locis.Vide Alexan.in rubrica ff.de liber.& posthu.col.j.& ita tenet Martinus de Laude in tract. de legitimatione.col.xx.versi.nũnquid.& Ias.in rubric.C.de posthu. hæredib.instituen.& subtilis doctor Didacus de Segura in repeti.l.j. §.si vir.ff.de acquir. possessio. fol.vii.col. iii.ex quo ibi infert, quòd eodem modo, nec talis donatio reuocabitur per filium, qui religionis ingressu legitimus efficitur: quam tamen limitationem sublimitãdam censeo, saluo saniori iudicio, nisi talis filius efficeretur legitimus per contractum matrimonii, ad quod moueor ex his quæ scripsi in regula emphiteusi.in prima limitatione, & post hæc sic scripta, reperi hoc idem firmare commentatorem legum Tauri, Didacũ del Castillo in l.xii.in gl.magna, quæ incipi.siguiente.in col.iiii.illius gl.in fi.Allegat Bal.& Pau.in locis quibus hoc in his terminis non rescripsere, quem referre libuit, quia præter id quòd Hispanus est, & meritò ab Hispanis doctoribus non contemnendus, iuuat semper in meis dictis habere contestem.

Tertiò fallit, quando donatio esset facta ecclesiæ, quia tunc non reuocatur in totum, sed respectu legitimæ filiorum. Gl.est singularis in c.quicunque. in gl.j. xvii.q.iiii. quam allegat ad hoc Bald.in l.j.col. iiii.quasi ad fi.C.de reuocan.donat.& tenet Abbas. in c.fin.col.ii de donatio.vbi hoc dicit probari per gl.ibi, & tenuit Bar.in d.§.Imperator.d.versi.quæro lex, si vnquam. & d.glossam dixit ad hoc singularem Socin.in regula cccx.incip.priuilegia. piæ causæ.in 7.priuil. vbi eam, & alia quæ allegat in proposito satis corruptè refert: & scripsit hoc apertius idem Socinus in l.cum auus. colum. xxiii.final.verbis. ff.de conditio.& demonstra.& prædictam gl.ad hoc allegat, & si corruptè Ias.in d.§.cum autem.col.ii.

Quartò fallit, quando donatio fuit facta proprio filio, quia tunc

non

non reuocatur in totum, sed vsque ad legitimam supernascentium liberorum. Ita notant Barto. Bald. & Abb. in locis vbi supra, in proxima limitatione alleg. & vide Socin. in d. consi. liiii. vol. iiii. colum. ii. quasi ad fi. & Felin. in cap. in præsentia. de proba. col. xxi. versi. quartò quæro. & ponit & gl. doctoris de Montaluo in l. partitarum, supra alleg. in regula, Segura in repe. §. si ver. l. j. ff. de acqui. pos. col. xxvj. Et aduerte quòd prædictus doctor del Castillo in alleg. l. xii. Tauri, & in d. glo. in verbo, siguiente. in col. v. tenendo eandem conclusionem dicit vlterius, quòd tunc talis donatio remanet valida in tertia & quinta bonorum: cuius cōtrarium, eius authoritate & iudicio meliotis saluis (quādo pater donauit filio vnico quem habebat, & alius supernascitur, non studio contradicēdi, sed vt aliis materiam præbeā cogitandi) credo de iure verius: quia certum est quòd illud communi iure non fulcitur, cum doctores supra relati, solum firment, quòd reuocatur donatio vsq; ad legitimam supernascentium: quomodo ergo potest dici, quòd datur supernascentibus sua legitima, si illa diminuitur per deductionem dicti tertii, cum iure nostri regni, omnia bona parentum (sola cōcessa eis libertate disponendi de quinta parte) sunt filiis debita pro legitima, & cum dicta bona sint eis debita æqualiter, æquali sunt diuisione partienda. Nec huic meæ sententiæ refragari opinor legem xxvi. Tauri, quā posset aliquis in dicti domini doctoris suffragium adducere, dum disponit, quòd si parens donat filio, videtur meliorare, & si nō dicat, & sic ꝙ ille vnicus filius, cui fuit facta donatio, videatur melioratus respectu supernascentum, & si nō fuerit dictum: quia ad hoc respondetur, ꝙ illa lex procedit, vt verba eius apertè innuunt, ibi: a alguno. de sus hiios. quādo donatio fit a parente alicui ex filiis, quos habet tempore quo donat, & tunc nimirū si præsumat lex, quòd pater donando simpliciter vni ex eis, prædiligit eum, & vult illum in dicta donatione præferri alii, quatenus iure meliorationis licebit. quando verò pater vnico filio donat, nō debet præsumi illa prædilectio, nec melioratio respectu nasciturorum filiorum, quorum merita nondum nouit, quin potius præsumendum est velle vti dispositione iuris communis, vt si superueniant filii, legitimam æqualem sibi vendicent, nec illa minuatur propter meliorandi facultatem sibi datam à lege, qua dum vnicum habet filium, vti non potest, cùm non sit alius, respectu cuius possit meliorare, & ipse filius respectu suipsius non pōt dici melioratus, nec respectu nasciturorū expressè ea velle vti, declarat, nec tacitè vsum fuisse videtur, cū cessat præsumptionis ratio. d. l. Tauri: quādo verò pater donaret vni ex filiis, tunc facilius crederē ꝙ ille non solum videatur melioratus respectu præsentium filiorū, quinimo & supernascentiū, quia sicut præsumitur prædilectus respectu filiorū qui aderant, ita & eorū qui sperantur: & adeo existimo istud veritati inniti, quòd (sine præiudicio veri) posset vnum affirmari, videlicet quòd hoc procederet, quando pater vnicæ filiæ donationem magnam pro dote fecisset, & sic quòd

supernascentes filii non relicto sibi tertio donationem vsque ad suā legitimam reuocarent. Nec in hoc videtur gener deceptus & præten dat onerosam causam, cum fuit culpa, non prouidendo sibi in euentum natiuitatis aliorum filiorum, nec ignorare debebat dispositionē d.l.si vnquā. Nec huic vltimæ cōclusioni aduersatur lex xxix. Tauri, quæ videtur generaliter dicere, quòd vt dos dicatur in officiosa, debet considerari, id quod excedit legitimam, & tertium, & quintū: quia illa lex videtur loqui, qn̄ dos venit moderāda remedio, seu quæ erela inoffi. dotis non aūt est qn̄ reuocatur vigore legis nostræ. si vnquam. quæ fortius & ipso iure reuocat, vt dictum est supra, quæ quidem sint remedia diuersa: vt de remedio inofficiosæ donationis, & d. l. si vnquam dicit Bal. in l. j. C. de inoffi. donat. in col. iiii. & fauorabilius est remedium d. l. si vnquam. vt placuit Bald. in d. col. iiii. in ver. opinio mea. quod etiam apparet, quia filii nati per querelam inofficiosæ donationis, non reuocant ab extraneo, nisi vsque ad legitimā, per remedium auth. d. l. filii supernascentes reuocant in totum. Nec inconuenit etiam quòd intelligatur, quando pater dotauit, habendo alios filios, & sic in casu quo filia videtur prædilecta datione magnæ dotis, & sic meliorata, quæ quidem sic breuiter tangere libuit, quia in impressionis limine occurrerunt, & altiorem examinationem huius libelli finis non patitur. Et hanc sententiam fouere credo naturali consonum rationi, & æquitati. cui enim iniqua non vidētur, parentum quorūdam affectiones indiscretę, qui sæpius vt aliquā filiam, quam cæco quodam amore præ aliis diligunt, ditissimo cuidā, aut nobiliori, siue potentiori marito nuptui tradant, alias quas habēt (nō minus sibi naturā & meritis) filias, nudas relinquūt, & aut parietibus, reluctantes includunt, aut longè disparis conditionis genero, tradunt, aut domesticæ cuidā religioni astringūt: ex quo venit, vt ex eis quondā desperatā, aliæ inuidiæ plenā, solent semper agere vitā. Vnde, vt hæc & similia damna cessent, semper mihi pia visa est, æqua distributio inter filias, & neque meliorationes similes: nisi ex rationabili aut honesta causa facere, nec iam factas, nisi vbi iure prohibente aliter fieri non valeat, aliquo modo sustinere, visum est æquum.

Quintò fallit (tibi Hispano) si coniunx donauit coniugi, post annum contractus matrimonii: quia tunc filius supernascens, non reuocat in totū, sed remanet quintū penes donatariū. Ita disponit lex tertia, titu. xii. fol. l. lib. iii quod licet menti tenendū Ioā. Lup. in repet. rubricæ. de do. inter vir. & vxo. fo. xxxii. col. iiii. in §. limita vi.

Sextò fallit in donatione remuneratoria, quia talis nō reuocatur, supernascentib. liberis; Voluit Ang. in ead. l. si vnquā. qd̄ asserit singula. Iaf. in l ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. col. xiiii. Huius ēt sniæ fuit Soci. in cōsi. xxxix. incip. in q. quæ vertitur inter magnificos. j. vol. in fi. qui refert Bal. in d. l. si vnquam. in aliquibus lecturis ita tenere. & Roma. in l. si vero. §. de viro. xxxxviii. fallentia. ff. solu. matrimo. & consil. vigesimoseptimo, incip. p. o decisione; & Dec. in l. si donat. in col. iiii. C.

iiij.C.de collation. Sequitur etiam hanc restrictionem Petr. de Rauen.in suo alphabeto in litera R.in verbo,remuneratio. & Didacus del Castillo,legum Tauri commentator in l.xxix.in gl. incipien. las otras. pro qua solum refert Ang.& Ro. Et poteris eam corroborare pluribus specialibus,inductis fauore donationis remuneratoriæ, quæ adiungit Hispaniæ nostræ decus Doctore de Palacios ruuios cu ius anima anno domini M. D. X I I I I. in mense Martij, ad cœlestes piè creditur euolasse mansiones,quem à librorum assidua lectione & compositione,nec officij regij cura,nec fastidiosæ senectutis aduentus,& si grauibus morbis vt solet,onustus, vnquam valuit separare,tantò ob hoc maior laude dignus,quantò in hac nostra infelicissima,in hoc vnò, Hispaniæ plaga,studiosorum præclara ingenia, ob possessorum segnitiem vt plurimum inclyta manent, & saltem posteris sterilissima redduntur,ob mutescuntq; peritorum calami,cum imperitorum linguæ,in alienis taxandis scriptis loquacitate quadam incauta facile prorumpant) in sua eleganti repe.rub.de dona.inter vir.& vxo.fo.xxiiij.colum.3.& sequen.in §.l.qui incipit, limita secundò.& vide Rauennatem, vbi suprà, qui ponit nouem specialia fauore donationis remuneratoriæ, & ponit etiam septem specialia,dictus doctor.del Castillo. vbi suprà. Vnum tamen aduertè, quòd Barba.in d.c.fina.de donat.in colum. fina. facit bonam considerationem,iudicio meo,circa istam limitationem, videlicet quòd aut illa donatio respectu remunerationis fuit immensa, quia seruitium non promeruit tantam remunerationem,siue donationem, & tunc quo ad illud superfluum, haberet locum dispositio dictæ legis, si vnquam.& hoc tenet pro indubitato, si verò seruitia fuerunt conformia donationi, adhuc dicit ipse quòd dubitat, quia si possumus præsumere quòd si donator cogitaret de filijs, non remuneraret illũ seruitorem, ex quo iure actionis compelli nõ poterat, stabimus d. l. si vnquam.

Septimò fallit,in donatione facta de re nondum quæsita,vt si filia renunciet, vel donet hæreditatem paternam, quam sperat, iuxta tex.in c. quamuis pactum.de pact.libro 6. Hanc limitationem scripsit Soci.in d.consil.xxxix. supra allegato,colum.fin.in proxima limitatione,& dicit sic vidisse consultum, quæ est notanda restrictio, & poterit ad multa seruire, tenet etiam idem Socin.vbi bene comprobat in d.consi.liij.iiij.volu.col.pen.

Octauò fallit,quia si potest ostendi,quòd donans, de filijs cogitauerit,non fit reuocatio vigore.d.l.si vnquam. Ita dicit esse communem opinionem Soci. consi.cxlvij.colum.5.in medio,in 2.volu. visa facti contingentia & statutis &c.ad quod refert Bar.in d.§.Imperator.& Bald.in l.j.C.de inoffi.donatio.& Canon.in c.fi.de dona. & hanc dicit esse communem sententiam idem Socin.in allega. consil. liij.volum.iiij.colum.iij.vide etiam eum in colum.j.vbi bene loquitur, & refert Bartol.in d.§.Imperator tenentem quòd in dubio, si

non probatur quòd de filijs cogitauerit, habet locū d.l.si vnquam. quòd declara,vt per eum in d.iij.col.& sequen. Et tu Hispane. si bene consideras d.l.parti.allega.in regula,apertè videtur hanc fallentiam comprobare, dum dicit, por que no han hijos , ni esperanza de los hauer. considerat ergo illa lex , vt donatio non valeat, ꝙ filij desint.& etiam deficiat spes habendi eos, & sic secundum conclusionem hanc,cum doctores dicant, quòd quandò donans de filijs cogitauit non reuocatur donatio,non distinguendò,noceat vel non legitima filiorum supernascentium, venit vnum quòd filio non habens, potest præiudicare nascituris in legitima, etiam titulo lucratiuo,dummodo de illis cogitet.licet alias hijs quos iam habet, per talem titulum non possit præiudicare.

Nonò limita,ꝙ licet monasterium alias habeatur loco filij, tamē secus est in ista materia, quia per ingressum monasterij non reuocatur donatio. Ita no.Peli. in c.in præsentia.col.xx. de proba.

Decimò limita, quia talis donatio nō reuocatur,nisi respectu rei, non autem fructuum perceptorum à donatario . Ita tenet Didacus de Segura in repeti.d.§.si vir l j.ff.de acqui.pos.in col. xxvj. motus per gl.in l.generaliter.§.planè.ff.de fideicom.libe. ex qua glo. alias conclusiones infert in proposito.

Vndecimò limita dictam regulam,vt habeat tantum locum,quando donatio fuit facta liberto,prout ipsa lex loquitur,quia tunc reuocatur , secus in donatione facta alteri,quia illa non reuocatur , Tenet Guliel.in l.j.C.de inoffi. donatio. quem refert & sequitur Cyn. ibi.Et hanc opinionem aliqualiter defendit Soci.in allega.consi.534.volu.colum.2.prope fi.& dicit in col sequen.in prin. quòd ista limitatio procedit per punctum rationis, tamen quòd magis communis opinio est in contrarium,& sic ꝙ d.l. procedat in donatione facta alij quàm liberto,& ita tenet Pau.in alleg.consi.434.inci.respondeo per ordinem,in fi.in j.volu.

Duodecimò limita, non procedere in pacto facto à muliere cum viro, vt ipse lucretur dotem,ipsa præcedente,quia tale pactum donationis, non reuocatur propter superuenientiam liberorum, Probat tex.in §.dotes.in authen.de nupt. quem ad hoc allegat Socin.in d. consi.534.col.in prin.

REGVLA CCXIIII.

DONATIO facta inter patrem & filium ob benemerita filij, valet & tenet ,quia tunc non fit vt filio,sed vt extraneo.glo. est quæ hoc voluit in auth.vnde si parens.C.de inoffi.testa.in glo.fi.no.Bar. in l.frater à fratre.in prin.vlt.q ff.de condi.inde.

Limita & declara duobus modis,vt per Ias.in d.auth. vnde si parens.colum.fina.

Regula

REGVLA CCXV.

DOS filiæ concessa, excedens legitimam filiorũ dotantis, quandiu durat matrimonium, non potest à marito reuocari, respectu eius quod excedit, quia illam habet titulo oneroso. Hanc regulam cum sex ampliationibus, & quatuor restrictionibus descripsit Didacus de Segura in repetitio. §. cum filiæ. l. cohæredi. ff. de vulg. & pupilla. fo. xiiij. col. j. cum quinque sequentibus, & sic fortè dictis limitationibus poterit declarari opinio Io. Lu. in repeti. c. per vestras. fol. 31. col. 3. versi. mortuo. & in col. sequẽ. in prin. vbi tenet ꝙ in cancellaria regia fuit contrarium iudicatum.

REGVLA CCXVI.

DOTEM sicut perdit mulier propter adulterium, ita per luxuriosum osculum, vel tactum mammillarum. Ita tenet Bald. in c. tuę. de procurat. motus per textum in ca. j. §. j. quibus modis feud. amit. quem sequitur Felin. in cap. præterea. 2. colum. de testi. & vide Ioann. de Neui. in sua sylua nuptiali, in impressione parua. fol. lxxxiij. colum. j.

Limita quatuor modis, vt nouissimè per Ioann. Franc. de Ripa in repeti. rubri. de iudic. in colum. 4. quem vide in præcedẽti, quia pulchrè corroborat ipsam principalem regulam, & sic prædictam conclusionem Bal. & quia lectura sua nõ erit tibi fortè facilis, in summa referre eos libuit.

Primò fallit, quãdo charitatiuæ amicitiæ causa deoscularetur extraneum virum. sed hæc restrictio est impertinens, cum non cõprehendebatur sub regula, quæ loquitur in luxurioso osculo.

Secundò fallit, in locis vbi est contraria consuetudo.

Tertiò fallit, in clericis deosculantibus aliorum vxores, quod tamen reprobat & rectè, quia fundamentum suum erat gl. in c. absit. xj. quæst. j. quod non sufficit, maximè quia postquam columbina illa simplicitas à pijssimo redemptore nostro, in suo Euangelio suasa in pluribus defuit sacerdotibus. vulgus (sui natura præceps ac temerarius iudex) de similibus actibus non nisi sinistrè iudicat.

Quartò limita, quando maritus pari modo deoscularetur alienas vxores, quia tunc compensantur delicta.

REGVLA CCXVII.

DOTALIS res, maximè immobilis, non potest alienar. l. Instiu. quib. alie. licet, in princi. & in l. si prædium. C. de iure donat. & per totum. ff. de fundo dotali.

Limita istam regulam viginti modis, vt per Bal. nouè, in tract. de dote. fo. xxxij. col. 2. cum sex col. seq. vbi satis latè per eum.

REGVLA CCXVIII.

DVBITANS & ignorans æquiparantur, vt est tex. in l. manifestissimè. §. fin autem nescius C. de Fur. & in l. fi. C. de condict. *inde.* vbi Bar. & Bal. facit tex. in l. 2. in prin. ff. quis ordo in bono. possessi. serue. & in l. 3. §. is qui nescit. ff. de libe. ho. exhib.

Limita dupliciter, vt per Ias. in l. quandiu. C. qui admitti. colū. 2. quem vide, qui aliqua cumulat in proposito regulæ.

DE LITERA E.

REGVLA CCXIX.

ECCLESIA fungitur iure minoris, Vt est tex. in c. auditis. de resti. in integ. & probat etiam tex. in c. j. eo. tit. & l. fi. tit. fi. parti. 6. Et ex hac æquiparatione sumitur modus arguendi, de minore ad ecclesiam, quem ponit inter alios Nicol. Euerardus in suis topicis iuris, in fol. xlj. col. 2. qui in eius comprobationem adducit sex similitudines, inter minorem & ecclesiā, quarum solum tres referre placet, eis aliqua addendi gratia. Prima est, quam ex illo argumento infert Sali. in l. properandum. §. fi. C. de iudi. videlicet, quòd dispositio illius tex. habeat locum in ecclesia sicut in minore, ex quo venit singularis effectus, quòd sicut minor aduersus lapsum instantiæ restituitur in subsidium, hoc est curatoribus suis ad lites, non existentibus soluendo, vel hæredibus eorum, idem erit in ecclesia, & vide Alex. ibi, qui refert & sequitur Salyce. & dicit idem tenere Paul. & Card. in clemen. j. de in integ. restit. & Hostien. in summa, & vide Bal. in tract. de præscrip. iiij. parte princ. col. 12. versicu. 6. quæro, vbi conclusiuè dicit, quòd termini, siue præscriptiones iudiciales, indistinctè currunt contra ecclesiam & minorem, pro quo allegat iura & doctores, quæ transcribere nolo, & vide eundem in d. tract. in 6. parte principali. col. 16. versi. prædicta conclusio.

Secunda similitudo Nicol. vbi suprà est, quòd nunquam fideiussori ecclesiæ competit restitutio, sicut nec competit fideiussori minoris? Quod certe (saluo meliori iudicio) sic indistinctè non placet, quia imò in hoc aliter videtur dicendum, & sic quòd non fiat in fideiussore ecclesiæ illa distinctio, quæ fit in fideiussore minoris, videlicet ꝙ quando minor fuit læsus, sui facilitate, tunc non com-

petit

petit fideiussor beneficium restitutionis, secus quando fuit læsus aduersarij dolo, quia tunc competit, ut probat tex. in l. 2 C. de fideiussori. mino. & in l. 4. tit. 12. parti. 5. quia eum ecclesia non possit dicit læsa facilitate sui, quia non datur illa facilitas in suis administratoribus, quæ datur in minore, sed datur læsio dolo aduersarij, tunc ad instar minoris, concedenda esset restitutio fideiussori ecclesiæ, quando verò ecclesia læderetur reipsa, aliter esset dicendum, quia deceptio facta re ipsa, & facta dolo aduersarij differunt, ut poteris uidere per egregium doctorem nostrum Hispanum Anton. de Burgo. in cap. cum dilecti. de emp. & uend. col. 6. ante med. vbi ponit duas differentias inter vtranque deceptionem.

Tertia & sing. similitudo siue effectus ex hac regula surgens est, quòd sicut minor potest restitui aduersus conditionem non impletam, etiam in præiudicium tertij, cui in defectum conditionis erat ius quæsitum l. 2. §. & si hæres. ff. de mino. sic & ecclesia potest, quod tenet Bal. in l. pupillorum. C. de repud. hære. & refert pro singulari Roma. in singul. 94. & Nico. ubi suprà. imo latius extendit Rom. ibi, quia dicit, hoc procedere, etiam si talis tertius esset ecclesia, uel alius locus pius, ego tamen de ista extensione Rom. semper dubitaui. & legendo contrarium tenui aliquibus vrgentibus rationibus. Primò quia priuilegiatus contra priuilegiatum pariter, non gaudet priuilegio suo, nisi quando certat de damno vitando. vt est text. in l. verum § fin. ff. de mino. quem ibi multum commendat Barto. sed certum est quòd ecclesia negligendo adimplere conditionem, non dicitur pati damnum, quia illud ius conditionale non erat sibi quæsitum ante conditionem impletam, iuxta l. unam. §. si. sin autem sub conditione. C. de cadu. tol. cum aliis. & not. Pau. post Bal. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demon. Vnde prælatus potest præiudicare ecclesiæ, in non adimplēdo conditionem, cum non præiudicet in iure quæsito, sed quærendo, & voluit Abb. in c. breui. de iureiuran. col. fin. post alios, & in c. verū. de condi. appo. quòd sequitur Feli. in c. verum. de foro compe. col. penul. sicut etiam in simili dicimus, quòd prælatus potest præiudicare ecclesiæ repudiando legatum factum ecclesiæ, quia præiudicat in iure non quæsito, ut not. Abb. post Feder. de Senis in c. 1. de resti. in integ. Feli. in c. quæ in ecclesiarum. col. 19. de consti. versi. & ista consideratio. & in c. contingit. Io. 1. de sen. excom. Io. Lup. in repe. rub. de dona. inter uir. & vxo. fol. 26. col. 4. & sic videtur quòd non possit restitui contra aliam ecclesiam, cui iam fuit res quæsita, ob neglĭgētiam eius, quia verius alia ecclesia diceretur certare de damno, & sic de iure sibi iam quæsito purè & simpliciter data negligentia primæ ecclesiæ, & ecclesia quę peteret restitutionem, diceretur certare de lucro amisso captando, & licet ecclesia, posset restitui contra lucrum amissum, ut tenet glo. in cap. auditis. de resti. in integ. illud tamen per supradicta non procedit cōtra aliam ecclesiam pariter priuilegiatam, & quæ ut dictum est certat de damno, quia certat de lucro erradicato, quod

amittere

amittere, est damnum, iuxta gloss. in l. 1. §. quis propter. ff. de itinere actuq; priua. per quam ita dicit communiter teneri Ias. in l. reprahendenda. in fin. C. de condi. insti. Secundò contra Rom. vrget, quia licet monasterium excludat substitutum, datum filio decedenti sine liberis, vt in ca. in præsentia de proba. non tamen excludit, quando talis substitutus esset aliud monasterium, uel pius locus, vt probat tex. in §. sed hoc præsenti. in auth. de san. epi. colla. 9. & voluit glo. fina. in d. c. in præsentia. & sic illa fictio, quòd monasterium habeatur loco filij; cessat tunc, quia ex hoc præiudicaretur alteri monasterio, sic ergo cessare debet fictio in casu nostro, in præiudicium alterius ecclesiæ, quæ non potest nisi interuenire. si restitutio conceditur ecclesiæ negligenti, quia aut conditio non potest iterum adimpleri, & restitutio non procederet nisi habendo conditionem pro impleta, quod esse nõ potest sine fictione, ut no. Cuma. in l. vter ex fratribus. ff. de condi. insti. & refert Ias. in l. 1. pe. col. C. de insti. & substi Aut restitutio debet dari ad implendam de nouo conditionem, & adhuc videtur inesse aliqua fictio, cum paria sint non implere conditionem, uel implere non in tempore à testatore statuto, vt probatur in l. hæc conditio. & in l. si iam facta erant. ff. de condi. & demonst. alias tres similitudines uide per Nico. vbi suprà.

Septima & notabilis similitudo inter minorem & ecclesiam est vltra traditas à prædicto doctore illa quam ponit Mathesi. sing. 156. uidelicet quòd si ecclesia facit contractum nullum, & sic sine solennitate, habet electionem an uelit stare ei uel rescindere, sicut minor. pro ecclesia allegat gl. in c. 1. ne se. va. quæ est in uer. sede vacan. post medium quam vltra eum dicit sing. Ias. in l. cum hi. §. eam transactionem ff. de transact. in ver. limita. & in l. non ideo minus. C. de procu. & stante hac similitudine crederem insuper dicendum, quòd sicut tunc ille qui contraxit cum minore, potest agere contra eum, ut declaret an uelit stare contractui uel non, ne res sit in pendenti, ut in l. *Iulianus*. §. si quis colludente. ff. de actio. emp. & uend. sic poterit agere ille, qui taliter contraxit cum ecclesia.

Octaua & singularior similitudo est, quæ traditur à Lud. Rò. singu. 462. per dictũ Io. And. in c. cũ venissent. de institu. ponderãdo tex. ibi, dũ dicit, per nos ipsos uidelicet quòd iudex ex officio suo põt ecclesiæ uel minori, beneficiũ restitutionis impartiri sine partis petitione, quod tamẽ dicit solũ procedere in papa, cum tex. ille loquitur in eo.

Nona similitudo est quòd prælatus vel procurator uendens res ecclesiæ, uel minoris, non põt habere fidem de pretio. ita notat Bar. in l. si procurator. §. fi. ff. de iure fisci. quod dicit perpetuo notandum Alex. in additio & refert idem tenere Abb. in c. 2. de precario. & uoluit etiam idem Bar. in l. à diuo Pio. ff. de re iud. §. sed si emptor. fi. col.

Decima similitudo est, quòd minor & ecclesia patiuntur secundum decretum. Not. Bal. in auth. ei qui iurat. col. antepe. C. de bonis auth. iudicis possi. referendo inno.

Vnde-

Vndecima collige ex Soci.in reg.297.in 1.& 2.fallentia.

Duodecima est,quæ à me describitur in regula,hæres qui adiuit in fra posita in tertia limitatione.

Decimatertia & notabilis similitudo potest dari.videlicet, quòd sicut titulus non excusat à percipiendis, quando res possessa est minoris,ut est gloss.sing.in l.patri pro filio.§.si pecuniam. ver.item ex diuersò.ff.de minori.in ver.fructus quam celebrarunt inter sua singularia Roma.in sing.534.& Cremen. in sing.134. idem fit quando res possessa esset ecclesiæ.

Decima quarta similitudo est,quòd prælatus ecclesiæ æquiparatur tutori uel curatori minorum,ut probat tex.in §.fin.in authen.de eccle.titu.colla.9. quem ad hoc allegat gl.in c.auditis.de restitu.in integ.quam ibi commendat Abb.& tenet Ange.consi. 245. quia omne datum.col.2.probat tex.& ibi glo.in ca.quia ea.3.q.2.quæ arguit de remotione suspecti tutoris uel curatoris ad remotionem prælati. Faciunt etiam glo.notabiles in ca.ex literis.de pig. & in c. similiter.16. q.1.quas commendat Mathesi.sing.44. & quod notat Abb. in c.contingit.de transactio.& in c.ex præsentium. de pig.& Archi.in ca.quicunque 12.q.2.ex quibus ego alias inferebam,quòd sicut tutor tenetur quando debitores minoris non fuerunt ab eo conuenti.& fuerũt effecti minus idonei, sic & tenet platus uel eius hęres in casu simili.

Limita primò hanc regulam,dictis exemplis sic ornatam, quia licet præscriptiones non curran t contra minorem , vt in l.fi.C.in quibus causis resti.in integ.non est necessa. & tu Hispane habes bonam l.in 6.parti.titu.19. in l. 9. de quo latè per Balbum in tracta. de prescri.in 6.& vltima parte principali,col. 11.& versicu. vigesimus tertius casus, cum septem col.sequen. tamen currunt contra ecclesiam. vt patet in titu.de præscrip. Hanc differentiam ponit Abb. in alleg. c.1.de resti.in integ.

Secundò fallit,quia licet minor quando petit restitutionem,debet agere in foro aduersarij,vt in l.2.quæ est sing.ad hoc.C. vbi & apud quos. tamen ecclesia potest illam petere coram proprio iudice. Tenet Inno.in c. cum sit generale.de foro comp. quod dicit singulare ibi Feli.1.colum.& sequitur etiam hoc,& commendat Abb.in c.1.de in inte.resti.fi.col.& in c.constitutus.1.colum.eo.ti.& in c. pen.in 1. not.de rebus ecclesię in c.cum causa 2.colum.de re iud.post Anton. qui hoc uoluit colligere ex tex.ibi,& sequitur Roma.in singu.113.& Soci.in consi.28.in 2.volu.incipien. prosequendo ordinem dictarum quæstionum.in col.11.in fi.

Tertiò fallit,quia licet sententia lata contra minorem,& indefensum,qui habebat tutorem vel curatorem,est nulla,ut in l.cum & minores.C.si aduersus rem iud. & in l.contra pupillum. ff. de re iud & in l.acta.§ fin.eo.titu.tamen sententia lata contra ecclesiam in defensam & habentem prælatum tenet,& ualet.Tex. est in c.prout.& in c. n.de dolo & contu.& in ca.tum ex literis.de in in teg. resti. per quæ

iura

iura tenet istam differentiam Mathe.in singu.xliiij.

Quartò fallit, quòd licet iuramentum excludat beneficium restitutionis in minore, ut in authen.sacramenta puberum. C. si aduersus vend.tamen secus est in ecclesia, quia licet eius prælatus iuret, potest restitui Glo.est sing.c.1.de resti.in integ.in 6.quam commendat Abba.in c.1.eo.tit.col.pe.& in c.peruenit.de iureiu.Rom.consi.123.in cip.circa primum dubium.tenet etiam Feli. c.cum sit generale.de foro com.col.6.vbi de hoc se remittit.tenet etiam Ias.allegando. d.gl. in d.authen.sacramenta.puberum.col.17.imo generalius,& singulariter dicit Bal.in l.generaliter, in prin.C.de reb.cred.quòd nullum iuramentum operatur, quòd ecclesia non gaudet iure minorum.

Quintò fallit, quòd licet minor non possit alienare res immobiles steriles, sine decreto, tamen ecclesia potest eas alienare sine solennitate, ut per Ias.qui assignat rationem differentiæ.l.mandata.ff.de offic.eius cui man.est iurisdi.col.

Sextò fallit, quia ecclesia non constituit suos debitores in mora, sine interpellatione, ut concludit esse hoc regulare Auto.de Burgo.c.fina.de emptio.& ven.colum.5.per iura de quibus ibi per eum, licet minor re ipsa,& sine interpellatione costituat eos vt l. in minorũ.C. in quibus causis resti.in integ.non est neces.licet aliud dixerit secundum eum Alex.in l.quòd te.in 4.col.ff.si cer.pe.post Ioan.de Imo.in c.breui de iureiuran.ubi æquiparat in hoc minorem,& ecclesiam.

Septimò fallit, quia licet leges pręcipiant interponi decretum in alienationibus rerum minorum, ut in l.lex quæ tutores.C. de admi. tutorum. nunquam tamẽ ipsę leges nec canones dicunt necessarium decretum in alienationibus rerum ecclesiæ.Hanc differentiam ponit Inno.c.fi.circa prin.de rebus ecclesiæ.qui tex. est primus eiusdem titu.in 6.& tenet glo.Inno.Ant.ibi,in uerbo,tractatus.in fin.quod etiã tenet Abb.c.2.de transact.j.col.uer.2.nota.contra Inno.ibi,qui tenet contrarium imo quòd requiratur decretum, unum tamen semper no. quòd per statutum,& sic per consuetudinem potest induci, quòd res immobiles minoris possint alienari sine decreto.Ita no.Ang.ex gloss. ibi in l.diuturna. ff. de legib. quod dicit rarò inueniri. alibi Ias. l. de quibus col.16.ff. de legib.

Octauò fallit regula prædicta, quia minori currit tempus petendæ restitutionis, principio 26. anni,& sic cum factus est maior, ecclesiæ verò semper currit, à tempore læsionis. Hanc differentiam scripsit glo.in clemen.1.de resti.in inte.in verbo, à tempore.quam refert Balbus in tract.de præscri.fol.63.col.3.versi. fallit in ecclesia.

Nonò fallit, ut potest colligi ex l.partitæ.alleg.infra regula restitutio in integ.8.fallentia, dum per illam l.datur ibi ecclesiæ, Regi, & populo, in certo casu beneficium resti vsque ad 30.annos, quod minori non est concessum.

Decimò fallit, in alio casu, quem aperte colliges ex nona etiam fallentia.dict.regul.restitutio. proximè alle. Vndecimò fallit, quia

licet

licet in minore fiat in aliquibus casibus differentia magna: quòd sit læsus facilitate sua, vel dolo aduersarii, hæc tamen cessat in ecclesia: in qua non datur (vt supra diximus) læsio sua facilitate, casus autem prædicti sunt sequentes. Primus, de quo supra in ij. similitudine facta est mentio, videlicet de fideiusso. minoris, vt in l. ij. C. de fideius. mino. Secundus, quia licet minori probanti læsionem vnico teste, defe ratur iuramentum, vt tenet gl. in l. j. C. vbi & apud quos. illud est verum, quando petitur restitutio de læsione recepta facilitate minoris, secus si dolo aduersarii, quia tunc, non defertur iuramentum. Ita tenet Bald. in d. l. j. quasi ad fi. per gloss. in l. ij. §. j. ff. de minori. ex quo venit vnum notabile in proposito, quòd nunquam ecclesiæ in restitutione petita per eam, defertur iuramentum, cum id solum concedatur minori læso ob facilitatem, quæ non cadit in ecclesiæ administratoribus: improbatur hoc in ca. j. de resti. in integr. supra alleg. ibi manifestè apparet, præmissa illa communi theorica, quòd vbi lex re quirit manifestam probationem, non habet locum iuramenti delatio, de qua per Iaso. in l ait prætor. col. pen. in fi. ff. de re iudi. & illum tex. ad hoc considerat Abb. in c. cum ex literis. col. antepen. de in integr. restitu. pro Imo. ibi, qui voluit, quod ad probandam læsionem, requiritur plena probatio in causa restitutionis, licet alii tenuerint, quòd semiplena sufficiat, considerat etiam ad hoc Abb. tex. in c. ex li teris. de resti. in integr. qui hoc probat, per locum à speciali.

Tertius est, qui describitur à Bal. in l. vna. C de repu. quæ fi. in iud. in iij. oppositio. vbi dicit, quòd quando minor restituitur, quia læsus ob suam facilitatem, tunc procedit d. l. vna. videlicet, quòd aduersario restituatur ius pristinum, quod habebat contra minorem: secus si restituatur dolo aduersarii, pro quo allegat text. in l. qui res. §. huic applicatur. ff. de solutio. qui probat, quòd quando fuit minor læsus dolo aduersarii, dando rem maioris pretii in solutum pro paruo debi to, si restituitur, non tenetur soluere debitum creditori, & recuperat rem, & sic aduersario non restituitur pristina actio pro debito, quem tex. dicit ibi singularem & non alibi Paul. de Castro, & eum allegat pro singulari Alex. in l. j. §. nunciatio. in fi. verbis. ff. de noui ope. nũ tiatio. vbi dicit generaliter per eum, quòd restitutio concessa minori, nunquam prodest eius aduersario in aliquo si læsio minoris a dolo aduersaii processit. Ista tamen generalitas Bald. & Alex. sumpta occasione d. §. salua eorum authoritate, semper mihi displicuit: cum enim d. §. puniat solum creditorem minoris, qui dolo habuit insolutum ab eo, rem maioris pretii pro debito, & non reperiamus decipiē tem minorem in aliis, simili pœna punitum, non uideo, qua ratione priuabitur pristino iure, concessa minori restitutione, cum regula sit quòd aduersarius minoris restituatur, restituto minore, vt in d. l. vna. C. de repud. quæ fiunt in iudic. præmaximè cum possimus dare specialitatis rationē quare in d. §. sic decipiens puniatur, videlicet quia minor celebrabat contractum dationis in solutum, qui censetur ne-

cessarius,

cessarius,& sic in quo dolus est culpabilior, quod patet, quia datio in solutum est alienatio necessaria:notat Alexan. consi. lij.vol.j.visto themate.in iiij col.versi.quartò quia constat.vbi dicit quòd appellatione alienationis,non venit datio in solutum tanquam coacta,& nō voluntaria alienatio. Refert Hippol.in.l.j. §.præterea. ff. de quæst. Faciunt etiam duæ differentiæ,inter venditionem & dationem in solutum,notatæ per Feli.in c.fi.col.antepe. de accusa. facit etiam,quia lex magis subuenit,facienti actum ex necessitate,quàm ex voluntate,vt in l.qui fideiussor.§.si necessario.ff.qui satisd.cog. & in l.dictū. §.si compromisero.ibi nulla necessitate.ff.de euict. & no.Ias.qui subiungit exempla in l.admonendi.in lectura.ff de iureiuran.in col.x.& possent alia plura referri,in quibus differunt actus voluntate, & necessitate gesti. Facit etiam quod pactum legis commissoriæ, appositum ex interuallo,prodest creditori, non autem quando apponitur in ipsa obligatione pignoris, vt not.in l.Titius. ff.de pigno. actio.& in l.ij.C.de pact.vbi Bart.& in l.quamuis. aliàs Callipodius.ff.de solut.& per Abb.in c.significante.de pigno.& per Aret. in l.si ita quis. §.Seia cauit.j.col.ff.de ver.obli.& hoc nulla alia ratione,nisi quia debitor necessitate ductus videtur apponere pactum, quando apponit in ipsa obligatione, quæ necessitas non inest, quando ex interuallo consentit tali pacto. Præterea magis in specie facit, quòd dicta generalitas non possit sic sumi ex d.§.huic applicatur quia si ratio illius.§.specialis non esset, eodem modo videretur dicendum, quòd idem esset in emptore,qui circunscripsit minorem,ad videndum fundum, vt eo restituto,ipse non restitueretur ad pretium,cum datio in solutum, assimiletur emptioni, vt in l.libera C.de sentent.interlo. omni.iudi. præmaximè cum æqualiter noceat minori, dolo vendere rem maioris pretii pro quantitate minori, quàm dare illam in solutum, pro debito minori:imo & vna consideratione magis nocet talis emptio, quam datio in solutum, quia in prima fortè perditurus minor recipit pretium,in alia saltem liberatur à debito, sed hoc est falsum,quia contrarium disponitur in l. quod si minor.§.restitutio. ff.de minori. Nec obstat si aliquis dicat in d.§. restitutio. non constat quòd minor dolo aduersarii vendidit, quia imo apparet,ponderando verbum ibi,circunscriptus,quòd loquendo in minore, intelligitur siue facilitate sua,siue dolo aduersarii,vt not.Bal.in l.fi.C.de in integ.resti.mino.non ergo videtur posse dici,quòd ex eo quòd text. in d.§.huic puniat in illo casu in amissione sui iuris,circum venientem minorem,fiat dicta generalis conclusio, de qua supra, præmaximè quia qualiscunque dolus inesset in contrahente cum minore,non esset iustus titulus, quo posset sibi minor retinere ius pristinum,debitum aduersario, quominus diceretur locupletari cum aliena iactura,quod iura etiam in minoribus abhorrent. Sed si vera est generalitas Bal & Alex.de qua supra, retenta æquiparatione huius regulæ,posset inferri vnum notabile, quòd idem esset in ecclesia: videlicet,

cet,quòd concessa sibi restitutio ob dolum aduersarii, non prodesset aduersario, vt restituatur sibi ius pristinum, quod ad præsens non examino:in hoc enim regularum compendio non articulorum examinatoris,sed fidelis,& vtilis recitator,palmam prosequor.

Quartus etiam casus est,quem ponit Fulg in l.nam & postea.§ si minor.ff.de iureiur.l.exceptiones.la ij.ff.de except. videlicet.quòd quando minor læditur sui facilitate,non possit agere nisi prius petita restitutione:secus si dolo aduersarii,quia tunc ea nō petita, potest agere vel excipere.vide tamē Alex.in d.§ si minor. in ij.col.post medium,qui tenet contrarium,& aliter intelligit.d l.exceptiones.

Quintus casus est, quòd quando minor iurauit, non prohibetur petere restitutionem,nisi ex vno capite, scilicet ex sui facilitate :sed ratione doli aduersarii,potest illam petere,non obstante iuramento. Ita Bal.in l.j.in fi.C.si aduersus vend.per gl.ibi, quam ad hoc notat. quod etiam sequitur Ias. in authen. sacramenta puberum.eod.titul. coll.vij. Per quæ,ni fallor,bene ornatam habes regulam hanc,cui ideo libuit, ampliorem (quam cæteris) linearum dotem concedere, quia ecclesiæ continet fauorem,cui debitor sum doctrinæ eius, quæ in me adest:ipsa nanque,suis decimalibus fructibus(preciosissimi redemptoris nostri sui dilectissimi sponsi sanguine partis,ac exinde maiori cum tremore (quàm vt fit)ab omnibus percipiendis)dum vacarem studio,necessaria concessit, & vsque ad doctoratus apicem me prouexit indignum, quo fui insignitus anno Domini M. D. X X V. mense Maii,in insigni ac antiqua vniuersitate Oscensi, omnium doctorum approbatione & assensu, qui loco ab eis assignari soliti tituli,me de iustitia approbasse, instrumentis publicis sunt professi,non in minimum beneuolentiæ suæ erga me testimonium, ac in magnā, mihi illum promerendi,assiduo literarum studio impositā curam.

REGVLA CCXX.

Ecclesia omnis, excepta Romana, patitur præscriptionem xl.annorum,tam de iure ciuili. Vt in authen. quas actiones.C.de sacrosanct.eccle.quam de iure canonico,vt in c.de quarta.& in cap.ad aures.& in c.illud.de præscrip

Amplia istam regulam sex modis,& limita dupliciter,vt per Balb. in tractatu de præscriptio in v.part.prin. in col.j.& duabus sequen.

REGVLA CCXXI.

Ecclesia Romana patitur præscriptionem centum annorum: Probat tex.in c.ad audientiam.de præscrip. & in authen. ut ecclesia Romana.in prin.& in auth.quas actiones. C.de sacrosan.eccle.Bal. in l.ij.C.de serui.& aqua.

Amplia quadrupliciter,& limita sex modis, vt per Felin.in d.c.ad audientiam.

audientiam.col.penul.& fin.de quarum vna meminit Iaſ.in d.authē. quas actiones.col.ij.nu.7.

REGVLA CCXXII.

ECCLESIA non patitur minorem præſcriptionem, quàm lx.annorum. Colligitur iſta regula negatiua ex text. in auth.quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.& in c.de quarta.& in c. ad aures. & in c.illud.de præſcrip. Et ponit eam tex.in l.xxvj.titu.xxix.par.iij.

Primò fallit, in rebus mobilibus eccleſiæ quæ triennio præſcribũtur: ſecundum commu.opi.quam approbat lex parti.ſupra alleg.

Secundò fallit, in præſcriptione quadriennali.l.bene à Zenone. quam ſecũdum ius ciuile patitur: ſed de iure canonico contrariũ eſt, quia illa l.non habet locum contra eccleſiã, cuius rem fiſcus vẽdidit.

Tertiò fallit, in omnibus præſcriptionibus annalibus, vel ſemeſtribus, vel temporalibus: vt ſunt regulariter actiones prætoriæ pœnales, quanto minoris, & redhibitoria, & ſimiles.

Quartò fallit, reſpectu quaſi dominii, & publicianæ, quia præſcribitur contra eccleſiam communi tempore.

Quintò fallit, quando eccleſia aſſumeret fundamentum ex aliquo ſtatuto, in quo eſſet præfixum certum tempus, quia tunc poteſt obiici eccleſiæ exceptio præſcriptionis illius ſtatuti: & iura & doctores, quæ has reſtrictiones probant, vide per Balbum in d.tracta.præſcrip. in v.par.princi.in col.iiij.& ſequen.

REGVLA CCXXIII.

ECCLESIAE parrochiali, debetur quarta portio canonica, non ſolum de candelis, & aliis funeralibus, ſed de omnibus bonis cuiuſcunque qualitatis ſint, relictis eccleſiæ ſepulturæ, pro anima defuncti. Notat Abb.ex tex.ibi in c.relatum. in ij.not. de ſepul. & in c.in noſtro.eod.titu.

Limita in quindecim caſibus, deſcriptis à Silue.in ſua ſumma, in verbo, canonica portio.verſi.nonò quæritur.

REGVLA CCXXIIII.

ELIGENDI facultas in alternatiuis, in vita ſtipulantis eſt perſonalis, & cohæret perſonæ, donec viuit: & ideo in eius vita, per ſtipulatorem non poteſt alii cedi.Tex.eſt in l.ſi ſtipulatus fuerim, in princ. vbi Bar.& Iaſ.ponunt rationem.ff.de verbo.oblig.

Limita tripliciter, vt ꝑ Iaſ.in d.l.ſi ſtipulatus fuerim. col.j.& ſeq.

REGVLA CCXXV.

ELIGENDI facultas in alternatiuis, mortuo ante electionem ſtipulatore,

pulatore,transit ad eius hæredes.Text est vbi notat. in l.si stipulatus fuerim.ff.de verb.oblig.& ibi Ias.col.ii.nu.3.allegat alia iura,& optimè declarat hanc regulam.

Limita eam tripliciter, vt per eundem Ias.in d.l.si stipulatus fuerim.d.colum.ij.

REGVLA CCXXVI.

EMPTIO rei suæ,siue à sciente,siue ab ignorante facta,nō valet: vt in l.suæ rei.ff.de contrahen.emptio. & in l.cum res. & in l.si mater. C.eod.titu.

Limita septem modis,vt per ripam in repet.l.si aliquam rem.ff.de acquir.posses.col.ii.& iii.

REGVLA CCXXVII.

EMPTIONIS & venditionis appellatione, comprehenditur omnis contractus,per quem transfertur dominium.Text.est not.in l.statu liberi.§ quamuis.ff.de statu li..quem dicit meliorem de iure Bal. in l.ii.de vsucap.pro empto.vide Barto.in l.alio.iii.col.in fi.ff.de aliment.& cib.leg.probat tex.in cap.j.de content.inter domi.& empt. in vsib. feud.

Limita quatuor modis,vt per egregium doctorem nostrum Hispanum, Anto. de Burgos (qui etiam apud Italos magni momenti fuit) in rub.de emp.& vend.col fin.

REGVLA CCXXVIII.

EMPTOR, etiam si in causa obtineat, potest expensas litis recuperare à venditore, nisi ab aduersario, qui sibi mouit litem super re empta,recuperasset. Doctrina est Bart.in l. venditores. contra gl.ibi in verbo,agnituros,in fi.ff.de verb.oblig.& cum Bart.est magis communis opinio secundum Ias.ibi,col.ii.nu.2.vbi referendo plures docto qui hoc tenent,confirmat & defendit hanc regulam.

Limita dupliciter,vt per Ias.in d.l venditores.col.iii.

REGVLA CCXXIX.

EMPTOR primus,vel donatarius cui factum fuit constitutū,præfertur secundo, cui post ea realis traditio fuit facta, re empta vel donata duobus successiuè,diuersis temporibus:Tenet Io.And. in addi. ad Spec.in titu.de emp.& vendit.§.sciendum.col.x.vers.quòd si res tradita.in addit.incipien.hic dubitatur.referendo Guil.de Cugno,& sequitur Bald.in rubr.C.de contrahend.emptio.in quæst.xvi.& Ant. in cap.cum venissent.colum.iii.de rest.spol.& tenet Alexan. in cōsi.

relatis per Tho. Ferra. in cautela xlviii. & sequitur hoc etiam Ias. in l. quoties. C. de rei vend. in col. v. versic. quintò principaliter limita. vbi plures refert hoc sequentes.

Limita septem modis, vt per Philip. Dec. in regula contractus. de reg iur. ff. in col. iiii. cum duabus seq.

REGVLA CCXXX.

EMPHITEVSI ecclesiastica finita per tertiam generationem, cognati existentes in tertio gradu, petentes renouationem inuestituræ, debent præferri omnibus extraneis, & si denegetur, poterunt à denegatione appellare: Notat Barto. in l. j. in fi. ff. de priui. cred. qui idē fere tenet in l. pen. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æsti. & in l. si mihi & Titio in fi. prin. ff. de verb oblig. vbi, teste Alexand. hoc sequuntur Doct. communiter. Et istam regulā per supra dicta verba scripsit Ripa in d. l. j. in j. col. vbi etiam refert Roma. Imo. Anc. Alexan. Cur. & Barb. idem sequentes in suis consiliis, qui postea refert Imo. Aret. Panor. Roma. Fulgo. contrariam opinionem tenentes, & tandem residet cum Philip Dec. in d. communi opinione, & respondet ad aliqua fundamenta contraria.

Limita quinque modis, vt per eundem ripam in d. l. j. ij. col. ex quibus limitationibus dicit etiam patere solutionem ad alia fundamenta contra communem.

REGVLA CCXXXI.

EMPHITEVSI ecclesiastica, sumpta per aliquem pro se & filiis suis, non veniunt filii naturales etiam legitimati. Cōclusio fuit sing. Bal. in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substi. & in c. quæ in ecclesiarum. col. pen. vbi melius loquitur. de consti. & tenet etiam Felin. post Abb. in c. in præsentia. col. xi. versi. quintò inquantū. de probatio. quod multum commendauit Ias. in d. §. cum autem. col. penul. quasi ad finem. vbi plures refert hoc firmantes, & dicit quòd ad hoc nemo discrepat: & sequitur hoc etiam idem Ias. vbi refert Archid. & Alex. in suis consiliis. in auth. si qua mulier. C. de sacrosf. eccle. & sequitur etiam Ioan. Fran. de Ripa in rub. de iudi. in col. xviii. circa fi. Licet in contrarium faciat quod filius legitimatus dicatur vere, & non fictè legitimus, vt tenet Barto. in l. si is qui pro emptore. col. vii. ff. de vsuca. quod sequitur Ias. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. in prin. C. de test. & in l. eam quam. C. de fideicom. colum. v. & in l. cum acutissimi. col. fina. eod. titu. & in d. §. cum autem col. vi. Imo talis legitimatus, habet existentiam sui hæredis, vt tenet Bal. sing. in d. l. eam quam. quod dicit ibi Ias. in d. colum. v. alibi non legisse, & sequitur etiam in d. §. ex imperfecto.

Limita primò, nisi ille filius legitimatus esset per subsequens matrimo-

trimonium: Tenet Io.de Imol. in l.quod dicitur.ff.de verbo. oblig. col.antepe.quod sequitur Fel.vbi supra.& Nicol.consi.ccxxix.ex tenore priuilegii.& Ias.in d.§.cum autem.col.vi.ad fin.& Alexand.licet eum non referat Ias in l.ex facto.§.si quis rogatus, lo j.col.x.ff. ad Trebell. quem vide melius in hoc scribentem : & tenet etiam hoc dominus Io.Lupus in repe.rubri.de dona.inter vir.& vxo.fol.xxix. col.iiii.versi.& propterea.& supra dictam conclusionem tenet etiam Bonus de Curtili in tractatu de nobilitate. fol.xiiii.col.j. circa fi.referendo Imo.vbi supra,& adducit similem decisionem in feudo,Pro quo facit notabilis distinctio Anto.in c. per venerabilē. qui filii sint legit.de qua vide bene per Georg.in rep.c. quamuis pactum.colum xliiii.& seq.de pact.lib.vi.

Secundò limita prædictam regulam,nisi ipsa ecclesia concederet à principio dictam emphiteusim,alicui naturali tantum,pro se, & filiis suis,quia tunc filii illius,etiam tantum naturales,venient. Istud voluit Bal in c.quæ in ecclesiarum.de consti.col.fi. de quo dubitat Ias. in d.§.cum autem. in fi.motus. per text.ibi qui contrarium videtur vrgere,cui tandem ipse respondet.

Tertiò crederem posse hoc limitari,nisi ecclesia concederet alicui emphiteusim pro se,& filiis iam procreatis,& scirent omnes,quòd ille non habebat nisi vnicum filium naturalem legitimatum: ad quod moueor per similem conclusionem Bal.in l eam quam, in ix.col.C. de fideicom.quam refert Barb.in c.veniens.col.j.de accus.& Hippo. l.j.§.seruus col.ij.ff.de quæst.vbi aliud simile adducit.

Quartò potest limitari præfata regula, nisi talis filius esset legitimatus à patre, citata ecclesia in tempore legitimationis, & consentiente.Ita tenet Ang.in consi.ccccii.incip.Titius.& alibi non legi.

REGVLA CCXXXII.

EMPHITEVTA soluens partem canonis,si integrum non soluat tempore statuto per legem poterit in totum expelli.Ita tenet Spec. in tit.de loca.§.nunc aliqua ver.xxix.cum quo transit cōmunis opinio,vt testatur Ias.in l.ij.C.de iure emphi.col.xiiii.nu.54.

Limita duobus modis,vt per Ias.vbi supra. & vide doc.del Castillo in commen.l.lxviii.Tauri,vbi nouem ponit limitationes in parte, ciertos plazos.

REGVLA CCXXXIII.

ENVNCIATIVA verba.principaliter propter aliud prolata, nō. disponunt:& nihil operantur. Text.est vbi doct.in l.ex his verbis.C. de testa.mili.per Bar.in l.ex hac scriptura,ff.de donatio.

Limita vndecim modis,vt per Iaso.in d.l.ex his verbis.j.& ij.col vltra alias fallentias,quas remissiuè describit.

REGVLA CCXXXIIII.

Episcopvs vel pontifex non dicitur quis, ante consecrationẽ. Abb. post. Ioan. Andr. & alior per tex. ibi in c. eam te de rescrip. text. in c. cam literis. de testi. quod Felinus confirmat in d. c. eam te. col. ij.

Amplia quadrupliciter, & limita quinque modis, vt per eum ibi col. iii cum duabus sequentibus.

Primò etiam si fiat mentio de promotis.

Secundò etiam si fiat mentio de Pontifice.

Tertiò etiam si illi sint, quibus hodie prouidet Papa pronuntiando eos Episcopos.

Quartò extende ad Rectorem studij, qui non dicitur Rector ante confirmationem, sed tantum Electus. Quæ tamen ampliatio non per tinet ad propositum regulæ.

Limita primò, dummodo subiecta materia concernat exercitium vel decorem ordinis Episcopalis, secus si simpliciter concerneret Iurisdictionem, quia tunc materia de Episcopo verificatur in confirmato, Felin. vbi suprà, qui ex hoc aliqua infert, & hanc limitationem confirmat.

Secundò limita in Papa, qui etiam ante coronationem est Episcopus, & Seruus seruorum Dei, nec appellatur Electus sed Papa. Extrauag. Quia nonnulli. sub titu. de sent. excom. inter communes.

Tertiò limita in Abbate, qui ante benedictionẽ appellatur Abbas. Oldr. consi. 14. col. ij. Io. Andr. Ant. & Card. in c. inter monasterium. de re iud. licet Host contrarium teneat, & Archi. dubitet in locis per Feli. vbi supra relatis, qui ponit quoad hanc materiam rationem differentiæ inter Episcopum & abbatem.

Quartò limita, nisi forte electus episcopus esset ante abbas, quia potest aliqua ordinis exercere, quæ alius non posset, licet appelletur Electus. Et idem videretur de Episcopo ad alium Episcopatum translato quòd possit ea quæ sunt ordinis, & veniat appellatione episcopi post confirmationem & Feli. Plus ibi dicit, quòd forte Archiepiscopus translatus posset ea, quæ sunt ordinis, ratione consecrationis quæ non reiteratur, licet non dicatur Archiepiscopus ante nouam palleationem. Relinquit vero ex post facto cogitandum.

Quinto limitatur in Magistratibus quibusdam supremis temporalibus, videlicet cõsulatus & huiusmodi, sed ista limitatio omnino impertinens est.

REGVLA CCXXXV.

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ intra biennium competit ei, qui in instrumento publico vel appocha confessus est se recepisse pecuniam. l. si ex cautione. vbi glo. magistra & habetur toto titulo C. de non nume. pecu. & toto titu. de litera. obligatio. Institu.

Amplia hanc regulam sex notãdis extensionibus, & limita quinq; signandis limitationibus, vt per Ias. melius quàm alibi in l. qui pecuniam. ff. si cert. petat. j. & ij. col.

REGVLA CCLVIII.

EXCOMMVNICATVS post absolutionem restituitur ad iura lapsu temporis perdita: Notat Abbas in c. j iij. col. de præscript. & concludunt Doct. in c. cum inter priorem. de excep.

Limita tripliciter, vt per Fel. in d. c. cum inter. col. ix.

Primò, nisi fuisset negligens in petenda absolutione, ab excommunicatione iusta.

Secundò, dummodo tempus fuerit præfixum à iure, secus si ab homine. Declara vt per eum.

Tertiò, nisi excommunicati non interfit lapsum fuisse tempus, puta qui non fuisset exequutus testamentũ intra annũ: q̄ est notandũ.

REGVLA CCLIX.

EXCOMMVNICATVS vbi offensa dubia est, præstita cautione est absoluendus. Probat hanc regulam text. in cap. ex parte. el ij. de verbo. signific. & in cap. cum desideres. de sentent. excom. & in cap. solet. eod. titu. lib. vj.

Limita

Limita dupliciter, vt per Felin. in cap. cum contingat. de offic. de-leg. col. ij. numero 5.

REGVLA CCLX.

EXCOMMVNICATVS pro manifesta offensa, non est absoluendus, etiam si velit satisdare de satisfaciendo, nisi actualiter satisfaciat. Tex. in c. ex parte. de verbo. signifi.

Limita quinque modis, ut per Ioan. Franc. de Ripa. in c. i. de iudi. col. xxxiii. versic. in eadem gloss. & per Felin. in cap. cum contingat. de offic. delega.

Primò, nisi in articulo mortis.

Secundò si satisfactio exigit longum tractum, vt quia fuit excommunicatus, quia non fecisset construi ecclesiam.

Tertiò, si impossibilis esset satisfactio.

Quartò, quando fuit excommunicatus pro manifesta iniuria illata soli Deo.

Quintò nisi satisfactio esset talis, quæ non conueniret excommunicato: quia non fecit se ad ordines promoueri.

REGVLA CCLXI.

EXCOMMVNICATVS spoliatus non restituitur. Glo. in c. j. verbo audientiam. in fi. xxiii. distinct. gloss. singul. verbo, canonicum. in c. ex insinuatione. de procura. secundum Imol. in l. his qui reus. 35. col. ff. de publ. iud. & alias glo. allegat Felin. vbi similis est in c. dilectus. de rescrip.

Limita sex modis, vt ibidem per eum col. iiii. nu. xi.

REGVLA CCLXII.

EXCOMMVNICATVM ab vno regulariter, alius non absoluit. Tex. est in c. pastoralis. §. præterea. de offic. ordin. qui ad hoc quotidie allegatur secundum Abb. ibi. Facit text. in c. cum ab ecclesiarum. eod. titu. & in c. j de treug. & pac. cum aliis quę allegat Felin. in d. §. præterea. in princ.

Limita hanc regulam sex modis, vt per eum ibi, col. ij. & iij. vbi primam ampliat vno modo, & limitat alio. Quas limitationes, quia materia quotidiana est, in summa licet referre.

Primò fallit dicta regula in excommunicatione lata per constitutionem hominis: Ioan. Andr. Abb. & Imol. de præben. cap. graue per c. nuper. de sentent. excommuni. æquiparando constitutionem inferiorum canoni Papæ. Idem Abb. in d. c. nuper. 1. col. & alii relati per Felin. vbi supra.

Secundò fallit in delegato Papę, quia data negligentia, vel iniusta

denegatione illius qui excommunicauit, poterit ipse absoluere quátum ad effectum vt possit agitari causa sibi commissa. c. prudentia. §. sexta. & § fin. de offic. deleg. & rationem assignat ibi Abb. in §. fin. in fin. post alios, vbi vide.

Tertiò fallit, in eo qui succedit excommunicatori in ipsa causa & intelligunt doct. idem si non succederet in honore sed in onere: pro quibus vide Domi. post Lap. de offi. dele. cum plures in. fi. in vj.

Quartò fallit in articulo mortis, vt est text. hic, & de rapt. in literis. cum glo. & de spon. non est. cum concor.

Quintò fallit in Papa, qui absoluit excommunicatum ab alio, etiá à concilio. Ludo. consi. ccclitij. circa propositam post principium, inducit pro singu. glo fi. in c. ad reprimendam. eo. titu. dum dicit, ordinarium posse absoluere excommunicatum à plebano subdito suo.

Sextò fallit in absolutione quæ fit testi, proferendo testimonio: iuxta c. veniens. c. ij. de testi. quia potest fieri à iudicæ causæ. Oldra. consi. cclxxviii. licet quantum versi. super tertio. & de veritate, & declaratione vide Felin. vbi supra.

REGVLA CCLXIII.

EXCOMMVNICATIONEM non inducit præceptum factum à iudice sub pœna excommunicationis, licet contrauenіatur, sed requiritur noua excommu. Glo. in c. relatum. de iure patro. & in c. ij. de matri. contract. contra interd. eccl. cum aliis quatuor, quas commendat Felin. in c. sicut tuis de simo. in col. ij.

Limita tripliciter, vt per eundem Felin. ibi.

REGVLA CCLXIIII.

EXCOMMVNICATIO potest ferri particulariter per sententiá contra subditum extra territorium. Regula est quam tradit Philip. c. cum sit Romana. de appel per tex. ibi, & in c. tuæ. de cleric. nó resi. quem sequitur Feli. in c. fina. de foro compe. in col. xiiij. quasi ad fi.

Limita tripliciter, vt per Feli. vbi supra d. col. xiiij. & sequen.

REGVLA CCLXV.

EXCOMMVNICATIO monitione non præmissa, ferri non potest. Tex. in c. facio. de senten. excommuni.

Limita quinque modis, vt per Fel. ibi, colum. ij. in fin.

Excussio. vide supra, in verbo, creditores.

REGVLA CCLXVI.

EXECVTIO quando fit super re, super qua cognitio præcessit, & sententia

sententiã est lata, non impeditur à tertio se opponenti, sed illi cauetur de indemnitate. Tex. in l. is à quo fundus. cum l. seq. ff. de rei ven di. & in l. penul. de pet. hæredi. tenet Bar. per illa iura. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. & in l. si alienam rem. ff. de solutio. Bal. c. j. §. si duo. de pace tenen. in vsi. feu.

Limita hanc conclusionem dupliciter, vt per Ias. dicto §. si super rebus. colum. fina.

Primò vbi posset sequi animarum periculũ ex adjudicatione, seu traditione, vt cum duo petunt vxorem vnam, licet alter prius probet, non est sibi adiudicanda cum cautione indemnitatis: sed est differenda executio, donec alter probauerit. Abb. post Innocen. in rubri. de spon. duorum.

Limita secundò hanc conclusionem, quando pendente iudicio, tertius se opposuit secus si post latam sententiam, & in rem iudicatam translatam, quia tunc etiam sine cautione indemnitatis potest sententia executioni mandari.

REGVLA CCLXVI.

Executio non potest fieri pro debito vniuersitatis contra vnum in solidũ pro ratâ. Notat Bar. in l. si se non obtulit. ff. de re iud.

Limita tripliciter vt per Ripam. ibi, in col. vi.

REGVLA CCLXVII.

Executor mixtus, super exceptionibus non iudicat. Gl. est in c. pastoralis. §. quia verò de offi. delega. vbi Doct.

Limita dupliciter hanc conclusionem, vt per Fel. ibi, col. v.

REGVLA CCLXIX.

Executor testamentarius non potest suũ officium alteri committere. Notat Barto. in l. nulli licere. C. de episcop. & cle. in col. iiii. versicu. sed nunquid episcopus. not. Ioan. Andr. in nouella. in cap. si. de testa. in vi.

Limita in exequutore legato, vt est iudex vel episcopus. Ita firmat Bald. d. l. nulli. d. versi. quod dicit perpetuò notandum Alexand. in l. j. col. iii. ff. de lega. ii.

REGVLA CCLXX.

Executor ad lites merus, id est datus post liquidatam materiam executionis, vt nuncius datus ad possessionem tradendam, nullam exceptionem audit. Tex. est in l. si tu proponis. & in l. executorem. C. de execu. rei iudi.

Limita in quinque casibus collectis per Felin. in cap. de cæterò. in col. ij. de re iudi.

REGVLA CCLXXI.

EXEQVVTOR mixtus datus, scilicet nō cognito nec discusso negotio executionis fortè à statuto in auxilium iurisdictionis habet cognitionem exceptionum, non decisionem. Text. secundum Abb. in c. de cæterò. de re iud. tex. iuncta glo. in c. dicenti. §. & si non cognitio. xxv. q. ij. Domi. in c. bcut. ij. q.

Limita dupliciter, vt per Felin. in dicto cap. de cæterò. col. j. cum prin. seq.

REGVLA CCLXXII.

EXECVTOR nudi ministerii non habet iurisdictionem nec coercionem. c. fi. §. fin. de offi. delega. c. pastoralis. §. quia verò eod. tit.

Limita quatuor modis hanc conclusionem, vt per Feli. in c. ex literis. col. fi. de offi. deleg.

REGVLA CCLXXIII.

EXHAEREDARE, vel præterire filios non licet parentibus, nisi expressa vna de quatuordecim causis expressis in iure. Auth. vt cum de app. cogno. §. aliud quoque capitulum. col. viii. & in auth. non licet. C. de lib. præ. & exhære. vel alia grauiori causa, vt tenet Guil. in d. Auth. non licet: quem ibi sequitur Ias. col. ii. alios referendo idem sequentes. Et habes Hispane. l. iiii. v. & vi. tit. vii. par. vi. quæ tibi exponunt causas exheredationis.

Limita octo modis, vt per Ias. in d. auth. non licet. col. pen. & fi.

REGVLA CCLXXIIII.

EXPENSARVM condemnationem excusat victum, quādo habet iustam causam litigandi: Not. gl. & doct. c. finē litibus. de dolo & contu. per Bar. in l. si quis inficiatus. ff. depo. & per doct. l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. ii. ponit Hippo. vbi hoc comprobat pluribus allegationibus in l. patre vel marito. ff. de quæstio. col. iiii. cui regulæ in col. v. & duabus seq. tres limitationes assignat, earum quamlibet latè prosequendo: quas vt habeas, libet in summa referre, præmaximè, quia alias addere intendo. Et quando quis dicatur habere iustam causam litigandi: vide quinque exempla per Lanfran. in tracta. de expensis. col. j. & ii. melius per Iaso. in §. finautem alterutra. infra allegando, in col. iiii. & v. vbi ponit nouem conclusiones, & exempla in materia. Habes Hispane l. vii. tit. xxii. parti. iii. quæ hanc regulam approbat

probat.& tres casus, in quibus quis dicitur habere iustam causam litigandi,subiungit.

Limita primò quando inter partes esset couentum quòd victus in causa solueret expensas.Adde Iaf.qui in hac fallentia bene loquitur in l.properandum.§.sinautem alterutra.col.ij.C. de iud.

Secundò limita, quando in loco in quo litigatur viget statutum, quòd victus victori in expensis condemnetur,quia tunc non excusat iusta causa litigandi.Adde Iaf.vbi supra, in iii.col. qui per totam illam col.hanc limitationem prosequitur, & optimè examinat.

Tertiò limita secundum eundem Hippol.vbi supra,in causa appellationis,quia succumbens in ea,semper debet condemnari in expensis:quia cum habet contra se primam sententiam præsumitur non habere iustam causam litigandi,qui plura allegat ad hoc.

Quartò limita secundum eum, in expensis quæ debentur ratione contumaciæ,quia ab eis nō defendit dicta iusta causa. ita limitat Iaf. vbi supra,col.iiii.versi.tertiò principaliter post Sali.ibi.

Quintò limita, quando quis succumbit in aliqua interloquutoria, quia tunc indistinctè condemnatur in expensis, non habita differentia an habuerit iustam causam litigandi,vel ne. ita Iaf.d.iiii.col. post An.ibi.

Sextò limita, in sportulis, quia ad illas tenetur aduersarius, licet habuerit iustam causam. Iaf. vbi supra post Bal. in l.fi. col.vlt.C. de fruct.& lit.expen.& in dicta materia expensarum, vide not.per Hip. in d.l patre.col.viii.& ix.& viii.cum tribus seq.

Expensæ vide supra in versi.accusator. & ver.debitor.lo ii.

REGVLA CCLXXV.

Expressum vbi aliquid requiritur simpliciter,sufficit quòd tā tum colligatur ex mente & idētitate rationis.Prebat tex.iūcta gl.ibi in l.prætor.in prin.ff.de ope.no.nun. & in c.cū olim.de censi.in fi.

Limita quadrupliciter istam regulam,vt per. Iaf.d.l.prætor.col.ii. vbi eam descripsit.& vide eundem Iaf.in l.j.ff.de vulg. & pupil.col. iij.vbi easdem limitationes ponit.

REGVLA CCLXXVI.

Extensio non est licita in legibus correctoriis, etiam ex maioritate rationis.Tex.& ibi communiter doct.in auth.quas actiones. C.de sacrof.eccle.not.Bart.in l.præcipimus.§.fin. C.de appel.quem pro ista regula defert Iaf.in d.auth.quas actiones. versic.fit ergo firma regula.in vii.col.Sed Barto. ibi non loquitur de maioritate, sed de identitate rationis. Alleg.etiā idem Iaf.gl.in l.tam is.ff. de dona. causa mor.§ j & est tex.quem dicit meliorē de iure cum gl. in auth. de admini.offi.in sacris appella.colum.iii. & vide eundem Iaso.in l.

de quibus, ff. de legib. in col. iii. vbi allegat glo. quam dicit communiter approbari in d. authen. quas actiones.

Limita istam communem sententiam sex modis, vt per Iaso. in d. auth. quas actiones. col. vii. & seq.

REGVLA CCLXXVII.

EXTIMATIO communis valoris, præsentis temporis, & non futuri attenditur in beneficiis: Tenet Oldra. consi. lviii. latè Felin. in c. eam te. col. fina. versi. fallit quintò. de rescrip.

Limita dupliciter, vt per eum in c. ad aures. col. fi. eo. titu.

REGVLA CCLXXVIII.

EXTIMATIO rei dotalis, vel alterius rei, in dubio facit emptionem. l. j. cum glo. & l. quoties. & l. si inter. vbi gl. sing. & Bald. C. de iure dot. per docto. in l. si extimatis. ff. solu. matri. quam regulam inter suas inserit Socinus in regula cxli. incipi. extimatio: &c. quam tantū vnico modo restringit.

Amplia primò siue tūc fiat extimatio, siue committantur arbitris, siue alteri personæ quæ debeat extimare: notat Soci. consi. lvi. incip. stantibus. j. col. quod consiliū in ista materia summè nota, quia multum declarat materiam extimationis rei dotalis.

Amplia secundò, etiam si partim det in pecunia, partim in rebus ad ornatum mulieris extimatis, quia tenebitur maritus ad pecuniā, & deterioratio vestium erit suo periculo. tenet Soci. consi. cclxxxix. incip. difficultas. refert & sequitur vtranque ampliationē Io. de Neuiza. in loco infra allegando.

Limita quatuor modis, vt per Iaso. in l. ex conuētione. C. de pact. quorum vltimum magis memoriæ fige, secundum eum; videlicet quando maritus non est soluendo, quia tunc non facit emptionem? quod nota, quia est quotidianum, & dicit ipse obtinuisse in practica. quod dicit etiam aureum dominus Ioan. Lupus in repetitio. rubri. de donatio. inter virum & vxorem. folio ix. colum. i. ver. intellige. idem in repeti. cap. per vestras. folio ix. colum. j. in additione, vbi plures refert idem tenentes. Et prædictas quatuor limitationes Ias. refert Ioan. de Neuiza. in sua silua nuptiali. fol. viii. colum. ij. & cuilibet limitationi earum addit ipse vltra Iaso. alios docto idem tenentes, & ipse tandem vltra prædictas ponit alias tres limitationes.

Octauò limita, nisi in extimatione facta non sit pretium condignum rei, quia tunc in dubio non facit emptionem. ita Bald. in l. j. versi. tertiò quæro. C. commo. refert Are. consi. lxxxiiii. incip. diligēter ponderatis his. in col. pen. in princ. & notat idem Bal. d. l. ex conuentio-

uentione.& refert ibi Iaso. declarando primam limitationem licet hanc pro limitatione non assignet.& sequitur Ioan.Lup.in d.c. per vestras.d.col.j. Et nota singulariter,quòd in hac extimatione rei dotalis,in quacunque quantitate maiori vel minori iusto pretio interueniat,deceptio debet reparari, & quod deest, vel superest , læso restitui. Ista est notabilis lex regni nostri,in 4.part.tit.xj. in l.xvj. quam nota , & sic non attenditur quòd sit vltra dimidiam iusti pretij,vt in alijs contractibus.

DE LITERA F.

REGVLA CCLXXIX.

FACTA regulariter,videntur esse indiuidua.Tex. est in l.stipulationes non diuiduntur. versi.idem puto.ff.de verb. obli.& ibi notat Bar.glo.in l.2.§.& harum.eod.titu.& in l.iiij.§.Cato.cuius rationem assignat & confirmat Iaso.in d.l.stipulationes non diuiduntur.colum.xvij.

Limita dupliciter vt per eundem Ias.in d.l. stipulationes.col.17.

REGVLA CCLXXX.

FACTA in dubio non præsumuntur.Tex.in l.in bello.§. factæ. ff.de ca.& postli.reuer.& in l.mancipati.C.de collat.

Limita quandò sunt facta consueta fieri.tenet Bal.in rub.C. de fideiuss.in col.3.per tex.quem reputat valde notabilem l.fin.C.de fideiuss.idem Bald.in l. incendium.C.si cert.peta. quam dicit elegantem limitationem ad hanc regulam Ias.in l.sciendum.circa princ.ff. de verbor. obligat.

Secundò limita , nisi in instrumento sit appositum tale verbum , quod de necessitate inducat illud factum , per tex.in l.sciendum. supra alleg. & in §.fin.Instit.de fideiuss.& in §.fina.Institut.de inuti. stipul.& in l.j.C.de contrahen.& commit.stipu.per quæ iura ita limitat Ias. vbi suprà.

Fama.vide infrà,Indicium.Famuli.Et suprà delictum.& dominis.

REGVLA CCLXXXI.

FAMAE restituere potestates inferiorum non possunt.Ita dicit communiter Felin.in c.cum I.& A. de re iud.7.col.nu.12.in fi.post Abb. ibi.

Limita tripliciter,vt suprà,per Felin.

REGVLA CCLXXXII.

FOEMINA non succedit in feudum. Tex. in c. j. §. hæc autem. qui feud. dare poss. in vsib. feud. & in c. j. de success. feud.

Limita septem modis, vt per Greg. Natam. in repe. c. quamuis pactum. de pact. in 6. col. lx.

REGVLA CCLXXXIII.

FEVDVM pro anima relinqui non potest. Tex. est in c. j. §. donare. qualiter feudum olim alie. pos. Confirmat Feli. in c. quæ in ecclesiarum. 22. col. de constitu.

Amplia vno modo, & limita alijs quatuor, vt per Felin. ibi, colum. xxiij.

REGVLA CCLXXXIIII.

FEVDVM alienari in monasterium non potest, etiam si habens ingrediatur monasterium. Ita firmat Felin. in ca. in præsentia. de probat. nume. 44.

Limita quatuor modis, vt per Felin. ibi.

REGVLA CCLXXXV.

FEVDA dignitatum, vt marchionatus, comitatus, ducatus, vel regni, sunt indiuidua. Tex. est in ca. imperialem. in §. præterea ducatus. de prohib. feud. alie. per Feder. tex. in c. licet de voto. vbi est gl. Abb. & doct. nota. tex. in c. si hæredes. de testa.

Limita tribus modis, vt per Ias. in l. stipulationes nō diuiduntur. col. xix. ff. de verbo. obligat.

REGVLA CCLXXXVI.

FEVDALIS quæstio, si inter dominum & vasallum est agitanda, quando est propriè feudalis, puta quia agitur ad inuestituram, vel ad priuationem feudi, vel ad præstandam fidem, vel ad aliud simile, tunc coram paribus curiæ, est terminanda. Tex. in c. j. §. præterea. de prohi. feu. alie. in vsi. feu. & c. si inter. de contro. feu. coram pa. termi. & in c. dominus. de mili vasa. qui contu. est. & ponit Felin. in c. cæterum. de iudi. col. 4. versi. fallit quando.

Amplia etiam si vasallus esset clericus. Bald. in c. j. de controuer. feu. apud pa. termi.

Limita sex modis, vt per Maria. Socin. in c. ex transmissa. col. 4. de foro competen. vbi etiam sequitur supra scriptam ampliationem?

Et

Et qui dicantur pares curiæ, & de pluribus quæstionibus circa eos, vide per eundem in duabus col.& collige alias tres fallentias ad hãc regulam, ex Feli. vbi suprà.

Fictio. vide infra in ver.lex.& in verbo, ratificatio.

REGVLA CCLXXXVII.

FIDEICOMMISSVM vniuersale relictum à filio, post mortem, intelligitur si sine liberis decesserit. Decisio est text. in l. cum auus.ff.de condit.& demon.

Amplia tripliciter dictam regulam, vt colligitur ex tex.in l. generaliter.§.cum autem.C.de institu.& substitu. prout ibi declarat Ias. in j.col.qui in colum.2.& sequen.extendit conclusionem dictã alijs quinque notabilibus modis.

Amplia ix.vltra Ias.vbi supra, idem esse si fiat filio furioso substitutio exemplaris.tex.in l.ex facto.ff.de vulg.& pupil.

Amplia decimò si fit facta filio substitutio pupillaris, quia tunc fit sceptione filiorum expirat. Ita tenet Bart.in l.in pupillari.in fi.ff.de vulg.& pupilla.& Bal.in l.humanitatis.in versic.quarta differentia. C.de impu.& ali.vbi Ale.in col.iij.in fi.in verb.cesset. refert plures idem tenentes, & eam dicit communem opin. Socin.d.l.cum auus. col.9.quem vide omnino ibi, & in 2.seq.col.quia subtiliter loquitur more suo? Quam ampliationem intellige, quando pupillus decederet relictis filijs legitimis & naturalibus, secus si naturalibus tantum. Ita Bal.limitat istam concl.in l.nec enim.§. eorum.ff.de adop. quam dicit singularem limitationem Alex.in d.l.in pupillari.col.fi. pro qua aliqua vltra Bal.adducit. Pro declaratione vide Soci.d.l.cũ auus.col.xij.in princ.

Amplia vndecimò, etiam si talis filius esset institutus in vita tantum, & post eius mortem alius directo institutus, quia adhuc subintelligitur dicta conditio, si sine liberis, &c. Istam ampliationem tradit Soci.quam pulchrè examinat in d.l.cum auus. colũ.12.cum seq. vbi tandem in hoc concludit.

Limita octo modis reg.suprà scriptam, vt per Ias.in d.§. cum autem.à col.3.vsque ad 6.quarum limi.aliquas bene examinat, & huic reg.tradit solum Soci.2.limi.in reg.lxvij.inci.grauatus.de restituendo.& sine aliqua extensione.

REGVLA CCLXXXVIII.

FIDEICOMMISSVM vel relictum in diem certam potest ante illam diem statim restitui. Text.est in l.post mortem.C.de fideicommiss.

Limita hanc regulam quatuor modis, vt per Ias.in d.l.post mortem.colum.2.

Fideicommissum. vide supra, in verbo, actiones. & in verbo, alienans.

REGVLA CCLXXXIX.

Fideiussisse aliquem vbi reperitur in aliqua scriptura, præsumitur præcedente stipulatione. Tex. in l. blanditus C. de fideiuss.

Amplia vno modo, & limita duobus modis vt per Iaso. in l. sciendum. ff. de verbo. oblig. col. r.

REGVLA CCXC.

FIDEIVSSOR pro dote dari non potest. Tex. est in l. j. & 2. C. ne fideiusso. dotium dentur.

Limita tredecim modis vt per Bal. nouellum, in tracta. de dote. in fo. xvij. colum. 2. versic. 21. priuilegium. quos prosequitur per octo col. Io. Lup. in repeti. ca. per vestras. in fol. xxxix. col. 2. cum sex seq. vbi decem limitationes descripsit.

Et aduerte quòd allegatio foliorum d. repeti. non est secundum numerum suæ vltimæ impressionis, sed anterioris, & sic allego in toto hoc opusculo.

REGVLA CCXCI.

FILIVS & seruus hæredes instituti, non dicuntur hæredes et nomine, quo ad directas & vtiles actiões, & sic quo ad effectus iuris, nomine tamen faciunt quo ad effectus eosdem patrem vel dominũ hæredes, ac si ipsi essent instituti. Colligitur ex sententia Barto. in l. cum filio. ff. de leg. j. & est communis conclusio contra gl. ibi, quæ ponit differentiam inter filium & seruum, licet eam sequantur aliqui, prout refert Ias. ibi, col. 13. & 14. vbi defendit prędictam comm. opi. Bar. pro qua facit tex. in l. acquiritur. §. j. ff. de acquir. rer. domi. Bonus tex. in l. j. §. filio. iuncta l. si heres. ff. ad Trebell.

Limita dupliciter vt per Ias. vbi suprà. d. col. 14.

REGVLA CCXCII.

FILIVS à matre intra biennium debet ali. tex. in l. nec filium. C. de pat. potesta. Are. & Alex. in l. alimenta. C. de neg. gest. gl. & ibi canonistæ in c. fi. de conuers. infidel.

Fallit dupliciter, vt per Io. de Neuiz. in sua silua. fo. xcv.

REGVLA CCXCIII.

FILIOFAMILIAS instituto, repudiante hæreditatem, potest pa

ter eam acceptare, etiã si tali filio esset à testatore datus substitutus. Ista est communis opin.docto. quæ fundatur in glo. expressa in l fina. §.j.in verbo recusare.C.de bon.quæ libe.quam dicit communem Ias. vbi bene circa hoc loquitur in l.3.col.5.C.de hære.inst.vbi & in col. seq.refert aliquos contrarium tenentes, cum fundamentis pro ipsis vrgentibus.

Limita notabiliter, nisi substitutus esset coniunctus testatoris. Istã limitaitonẽ tradit Bal.in d.l.3.post Guiliel.quam dicit Ias.in 7.col.cõmuniter teneri, licet dicat quòd in puncto iuris sibi non placet.

REGVLA CCXCIIII.

Filiorvm appellationes simpliciter à lege prolata, non ueniũt filij naturales tantum.Est text.in l filiorum eum diffinimus.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& in l.generaliter.§.cum autem.quem ibi notat Ias.col.6.C.de insti.& substi. probatur etiam in auth.in successione.C.de suis & legiti.hæred.

Limita in quinque casibus ab Alex.descriptis in l.ex facto.§.si quis rogatus. lo.1.col.14.ff.ad Trebel.

REGVLA CCXCV.

Filivs non potest vocare in ius sine venia patrem, etiam naturalem tantum.Tenet glo.in §.pœnales.in verbo, vel parentem, in fi.Instit.de action.est text.iuncta glo. in l.parentes.ff.de in ius vocand.& ita est communis conclusio.

Limita dupliciter regulam suprascripta, ut per Ias.in d.§.pœnales. in col.9.ver.prædicta conclusio glo.quarum limitationum, secundã pro multum mirabili commendat.

REGVLA CCXCVI.

Filivs grauatus fideicommisso nõ puro, sed in diem, uel sub conditione, detrahit duas quartas. Ista est communis opinio doctorum, quæ consuetudine approbatur, secundum Ias.qui plura allegat pro ea in l.filium quem habentem.C.famil. ercis.in col.5. quam approbant iura canonica in c.Rainutius.& in ca.Raynaldus.ubi per gloss & doctor.de testamen.

Limita tribus modis, ut per Ias.vbi supra d.col.5. in fi.& seq.quarum limitationum secundam & tertiam rescripsit idem Ias. in auth. res quæ.C.commu.de leg.in 3.col.in fi. vbi etiam bene loquitur circa ipsam principalem regulam.

REGVLA CCXCVII.

Filii testatoris detrahunt Trebellianicã ex corporibus hæreditariis,

tariis,nulla facta imputatione fructuum,etiam si pater iusserit, ut in l.iubemus.C.ad Trebell.

Limita decem modis, ut per ripam in l. in fideicommissaria. ff.ad Trebel.in col.5.& seq.

Fiscus. vide supra,in litera A,in regula secunda.inci.ablatum.& infra,in verbo,pœna.& in regula incip.lex.vbi in uersi.amplia.

REGVLA CCXCVIII.

FORMAE defectu quando actus est nullus,tunc nullo modo valet, vt valere potest: Text.est in l.1.§.si quis ita.§.de verbo.oblig.quem ita intelligit Bar.ibi,& in l.si quis pro eo. in tertiò membro.ff.de fideiuss.quem alii sequuntur.

REGVLA CCXCIX.

Forum sortitur quis ratione rei sitæ in loco,vbi res sita est.Tex.est in c.sanè.& in c.fina.de foro compe.& in c.experientię.11.q.1.& in l.fi.C.vbi in rem actio.& in l.si prædium.C.de præd.mino. & in l.fin. C.de lon.tem.præscrip.

Declara hanc regulā quatuordecim modis,& limita tribus,ut per Maria.Soci.in d.c.sanè.col.2.in prin.& per sex col.seq.vsque ad finē.

REGVLA CCC.

FRVCTVS non ueniunt in restitutione fideicommissi,sed cedunt lucro hæredis,ut in l.in fideicommissariam.ff.ad Trebellia. & in l.postulente.§.sed si huiusmodi.ff.eod.& in l.si quis bonorum.ff.de leg.j.

Limita hanc conclusionem decem & octo modis, ut per Ripam in d.l.in fideicommissariam.in col.2.cum 2.sequen.

REGVLA CCCI.

FRVCTVS non imputantur in legitimam.l.scimus.§. repletionē. C.de inoffi.testa.

Limita septem modis, ut per Ripam in l. in fideicommissaria.ff.ad Trebel.columna 6.

REGVLA CCCII.

FRVCTVVM quando à lege fit mentio,intelligitur deductis expēsis.Tex.est iuncta doctrina Bar.ibi,in l.fructus.ff.sol. mat. & in l.1.C. de fruct.& lit.expen.

Amplia primò procedere, etiam si proferatur à lege municipali. No.Vincen.in d.l.fructus.col.2. in fi. quem uide per totam seq.

Amplia

Amplia secundò etiam si in lege viua fiat mentio de fructibus, ut in rescripto quo impetratur beneficium, cuius fructus non excedunt centum,&c.quia etiam intelligitur deductis expensis. ponit Ias.in d. l.fructus col.pe.in fi.referendo Bal.Pau.& Cuma.Vide ibi melius per Vincen.4.col. & tenet etiam Segura referendo solum Bal. & Pau.in rep.l.si ex legati causa.in fo.3.col.2.ff.de verb.obl i.

Amplia tertiò,etiam si à lege,vel statutò addatur verbum,integros videlicet iubendo aliquem restituere fructus integros? Notat Ias.in d.l.fructus.col.pe.referendo Bal.Sali.& Alex de quo vide melius per Vincen.in d.col.4.

Limita quadrupliciter.vt per Vincen. in d.l.fructus. columna.5.& sequen.

REGVLA CCCIII.

FVGA non probat delictum. Text.in l.lege Cornelia.ff.ad Syllania.& l.1.§.finautem post commissum. C. de raptu uirgi. & § suscepto.in authen. de exhib. reis. collatio. 5. & in l.raptore.C. de episc. & cleri.

Limita istam conclusionem sex modis, ut per Feli.in c.nullus.de præsump.quos rescripsit Hippo.in repe.rubri.C.de proba.in col.54. quos referam in summa, omissis allegationibus per eos descriptis, quia aliqua opinor vltra eos adiungere.

Primò limita istam conclusionem in officiali notato de baratarìa, fugiente pendente causa quia talis habetur pro confesso,per tex.in l. consiliarios.C.de assessor.quem comendant plures doctores per Hippol.vbi supra relati,quod subintellige,ut per eos ibi?& uide eundem Hippoly.in sua practica crimi.in §.diligenter.col.8. versi.unus casus est.Adde Ias.in l.admonendi.col.17.ff.de iureiu. in lectura. qui post Sali.& Roma.ibi dicit,quòd ille text.hoc non probat,quia non dicit, quòd facit probationem fuga contra ipsum officialem fugientem, sed contra eum qui illum subtraxit,& fecit fugere,& ita constat aperte cuilibet consideranti legem illam.

Secundò fallit,in eo qui aufugit fractis carceribus, quia habetur pro confesso. Et pro ista secunda fallentia, cum tribus sublimitationibus sequen.vide Hippo.in d.§.diligenter.in d.col.8. Sublimita secundum eos tripliciter. Primò,quia non habet locum ista limitatio, vbi quis fugit de carcere aperto.

Secundò,vbi fugeret non de carnere,sed de palatio Prætoris.

Tertiò sublimita,nisi ille esset incarceratus pro generalis inquisitione,& limitatio procedit in carcerato pro speciali.Ita Felin.& Hippoly.vbi supra. Adde pro primis duabus sublimitationibus Ias. in d. l.admonendi.col.19. qui secundam sublimitationem latius describit, videlicet quòd procedit etiam si dictum palatium Prætoris, uel una camera palatij esset pro carcere assignata, qui refert Bald. Alber. & Ludoui.

Ludoui. Quartò sublimita, nisi post fugam quis denuo esset incarceratus, licet inuitus, quia tunc fuga prior non sufficit ad condemnationem. ita tenet Iaf. vbi supra, allegando Bar. in d. l. raptores. Quintò sublimita, nisi carcer esset fractus per tertiam personam, non data opera incarceratorum, quia tunc eadem esset ratio, quæ in ostio dimisso aperto. ita tenet Lanfran. in l. fugitiui. C. de ser. fugi. quem refert Soci. in regula 172. in vltima fallen. vbi etiam primam & secundam sublimitationem sequitur, & sic habes hanc fallentiam quinque restrictionibus ornatam, quas nullibi sic simul reperies.

Tertiò fallit principalis regula, quando famulus fugit, & reperiuntur amissæ aliquæ res domini, quia ex hoc uidetur quòd famulus illas subtraxerit. Allegant glo. no. in authen. de exhiben. reis. §. si uerò. in verbo, factum. colla. 5. Adde quòd illam glo. commendauit vltra eos Iaf. in d. l. admonendi. col. 20. vbi refert Ange. & Ioan. And. illam commendantes. Idem Hippol. in d. repetitio. col. 47. vbi refert Ange. de Aretio. Et vide eundem Hippolyt. qui idem tenet in d. §. diligenter. in dicta colum. 8.

Quartò fallit, quantum ad faciendum iudicium ad torturam. Sublimita hoc tripliciter secundum Felin. vbi supra.

Primò, si fugit postquam est accusatus uel inquisitus, uel post talem inquisitionem stat occultus, quia tunc non facit contra eum indicium? & vide Hippoly. in d. §. diligenter. in col 7. qui facit in hoc bonam considerationem, ex qua videtur quòd nunquam fuga faciat indicium ad torturam.

Secundò, quando quis fugit de manibus familiæ, & postea citatus comparet, quia per talem comparitionem fuga purgatu, & non facit contra eum indicium.

Tertiò, vbi quis fugit ratione partialitatis, uel inimicitiæ? hæc sunt Feli. Adde Iaf. in d. l. admonendi. in d. col. 19. qui hanc quartam fallentiam pro principali regula ponit, & prædictas sublimitationes ei assignat pro limitationibus, quem vide, quia latius allegat pro ipsa regula quam Feli. & tertiam limitationem supra scriptam generalius descripsit, uidelicet quando quis aufugit ex probabili uel rationabili causa, & ponit exemplum prædictum de habente partialitates, & refert aliud optimum in scholaribus.

Quartò sublimita secundum Iaf. ibi, quòd facit indicium contra eum qui fugit, non contra consocios de eodem delicto inculpatos, pro quo refert Ioã. And. & exẽplũ eiusdem, satis not. Et vide Soci. in regula 173. quæ incip. fuga sola. vbi dictas primas sublimitationes tres describit, quarũ primam, in 3. suarũ declarat, quia alio ordine eas congessit, licet regula cui eas ipse assignauit, ab hac nostra fallẽtia aliqualiter differat, quia ipse ponit quòd fuga facit suspicionẽ, & sublimitat dictis primis tribus modis, non aũt dicimus quòd facit indicium ad torturam, unde credo quòd declaratio data per eum ad primam ex supra scriptis limitionibus, in terminis nostrę non procederet.

Quintò

Quintò fallit principalis regula, quando lex punit fugam ipsam tanquam specificum delictum, non autem tanquam signum delicti: puta militem fugientem vel monachum fugitiuum. Ita Feli.& Hippoly.vbi supra,& idem Hippoly.in d.col.viij.Sed ista restrictio(pace eorum dixerim)impertinentissima est, quia tunc fuga est ipsum delictum,non autem est probatio delicti, & sic non restringit hoc propriè regulam.

Sextò fallit, quando agitur de probando crimine solius suspicionis,videlicet an aliquis sit suspectus vel non, vt ex ista suspicione sequatur aliquis effectus, quia probata fuga. statim est probata suspicio.Docto.iidem vbi supra:quod commendat Feli.

Amplia omnes suprascriptos casus fallentiæ procedere,non solum in fugiente in actu,sed etiam adesse sint aliqua signa euidentia,qualiter,vult aufugere,& iam se præparasset ad fugam. Ita tenet Hippo. in d.repet.col.lv.motus per aliqua vrgentia, & maximè ex eo quod notat Bal.in l.pignoris.C.de pigno.actio.vbi vult,quòd illud quod operatur fuga in actu,operetur in promptu:& tenet etiam idem Hippo.in d.col.viij.in fi.in d.§.diligenter.

Septimò aduerte,an possit limitari hæc regula non procedere iure nostri regni.per l.ix.tit.xj.li.iij.in ordi.rega.in fi.verb.vbi loquēdo de capto ꝑ crimine q̃ aufugit dicit. y el huydo vaya por hechor, y quando quier que le hallaren,hagan iusticia del.

REGVLA CCCIIII.

FVREM, vel alium malefactorem, non tenetur quis iudicare. Glo.& docto.in l.ciuile est.C.de fur.ponit nota. Hosti.in summa,in titu.de fur.in rubricella de condi.furti.versicu.illud faciendum.& in versi.seq.vide Bal.in l.j.C.de condi.ob tur.cau. Amplia adeò hoc procedere,quòd licet venditori rei alienæ aliquid accipere à domino vt sibi indicet rem, secundum Abbatem post Hostien. in c.dudū.el ij.in vj.colum.de electio.

Limita quatuor modis,vt per Ias.in l.j.§.si tibi iudicium,ff.de cōdi.ob tur.cau.

REGVLA CCCV.

FVRIOSI nomine per curatorem suum successio agnita, non transmittitur ad eius hæredes,eo in furore defuncto. Text.in l.fin.§. sin autem in furore.C.de curato.furio.& in l.j.ff.de successo. edicto. & in l.ij.§.sed si infanti.ff ad Tertullia.

Limita dupliciter vt per Iaso.in l.infantis.C.qui admi. prope fin. Primò quando talis furiosus esset hæres necessarius.

Secundò, quando mediante seruo vel filio esset ei acquisita successio,qui adiuit iussu curatoris.

REGVLA CCCVI.

Fvriosvs testari non potest. Tex. in § item furiosi. Instit. quibus non est permi. facere testa. & in l. furiosum. C. qui testamen. face. poss. & in l. filiusfamilias. ff. de testa.

Amplia procedere etiam nec ad pias causas. Bart. in l j. q. j. primæ quæstionis principalis. C. de sacrosan. eccles.

Limita quatuor modis, vt per Iaso. in d. l. furiosum. col. j.

DE LITERA G.

REGVLA CCCVII.

Generali sermone, persona loquentis videtur excepta. tex. in l. inquisitio. C. de solutio. tex. cum glo. in l. si mercedem. §. fin. ff. de actio. empt. & vendi. & in l. qui insulam. §. fi. ff. loca.

Limita, nisi in tali sermone, non alia quam persona loquens comprehendi possit. Ita restringit Hippoly. in l. j. §. si seruus. el ij. circa principium. ff. de quæstio. motus doctrina Bartol. singul. in l. si quis legauerit. ff. de leg. j. & vide eum, quia aliqua exempla pro ipsa principali regula scribit.

DE LITERA. H.

REGVLA CCCVIII.

Hæreditatis vna pars, licet solum sit à principio alicui delata à testatore si tamen postea cohæres repudiet, reliqua pars sibi inuito accrescit, vt in l. si ex duabus. § fi. iuncta. l. si duo. ff. de acqui. hæ re. per quæ iura istam regulam tradit Ias. contra Bart. ibi in l. quidam elogio. col. fi. C. de iure delib.

Limita dupliciter, vt per eundem Ias. ibi.

REGVLA CCCIX.

Hæreditas non potest dari nec adimi directo in codicillis, Text. in l. ij. C. de codicil. & in l. hæreditas. C. de his quibus vt indig. & in l. non codicillum. C. de testam. & in §. pen. Instit. de codic. cum concor. alleg. per glo. in d. l. ij. Cui regulæ solum tradit quatuor limitationes Socin. in regu. clxix. incipi. hæreditas per fideicom. sine ampliationibus.

Amplia istam regulam, quòd nec conditionem potest apponere

teſtator in codicillis,inſtituto purè in teſtamento:vt eſt tex.in l.pen. §.fin.de condi.inſti.& in l.diui.in prin.ff.de iure codicil. Et habes tu Hiſpane tex.in l.viij.titu.iij.parti.vj.

Amplia ſecundò, quòd nec ſubſtituere poteſt teſtator in codicillis in locum hæredis inſtituti in teſtamento.vt eſt text.in d.l.viij.titul.iij.part.vj.

Primò fallit in milite. Eſt text. in l.militis codicillis. ff.de teſtam. mili.ponit Alexand.& Iaſ.in d.l.ij.

Secundò fallit in codicillis conditis inter liberos. Barto.in d.l.militis.refert Alex.in d.l.ij.& ibi etiam Iaſ.de cuius veritate vide latiſſimè per eundem Alex.l.hac conſultiſſima.§.ſi quis autem.iii.& iiii. col.C.de teſta.& Iaſ.ibi,penul.col.poſt medium,& ſeq.& hanc limitationem poſuit Soci.vbi ſ.& refert ſolum Bar. in loco ſupra allega.

Tertiò fallit,in relictis ac pias cauſas,ponunt Alexan. & Iaſ.in d.l. ii.poſuit Soci.vbi ſupra allegando ſolum tex. in l.1.C.de ſacroſanct. eccleſ.& Bald.ibi, colum pen.

Quartò limita in inſtitutione directa certæ rei, quæ poteſt fieri in codicillis,quando datus eſt cohæres vniuerſalis in teſtamento, cum tunc talis inſtitutus in re certa habeatur loco legatarii, per l.quoties.C.de hære.inſti.quod voluit Bal.in d l.non codicillum.ſequitur Iaſ.in d.l.ii.vbi ante eum ſequitur hoc etiam Alex. Quod ſublimita, quando ille inſtitutus in re certa eſſet extraneus ; ſecus ſi filius, quia tunc ſaltem quo ad querela inſtitutio in re certa, habet potius naturam inſtitutionis quam legati. Ita Bal.in l.omnimodo. in princ. iii.q C.de inoffic.teſta.quod reputant ſolenne Alex.& Iaſ.vbi ſupra.

Quintò fallit,quia poteſt fieri inſtitutio hoc modo: inſtituo illum hæredem quem in codicillis declarauero:vt in l.aſſe toto.ff.de hære. inſti.Et vide ſimilem legem viii.titu.iii.parti.vi.Iſtam limitationem tradit Iaſ vbi ſupra, quam etiam ponit Alexan.ibi,à quo Iaſ.habuit omnes præcedentes limitationes, licet de eo nullam fecerit mentionem in aliqua earum, contra fidelitatem ſcribentibus debitam cum ipſe nihil addiderit,præter bonum ordinem, quo non ſunt ab Alex. compoſitæ.

Sextò fallit, quando hæreditas eſſet adempta ab hærede ſcripto, & data alteri in codicillis, quia tunc ille hæres videtur grauatus reſtituere eam per fideicommiſſum ſcripto in codicillis:vt firmat Imo. in l.1.§.ii.ff.de iniuſt.rupt.refert Alex.in d.l.ii.in fi.& in l.verbis ciuilibus.iii.col.in princ.ff.de vul.& pupil. Et ſic regula noſtra loquitur,quando tantum fit ademptio in codicillis, & alteri non conceditur.licet iſta non ſit propriè reſtrictio ad regulam,cum iſta talis adeptio hæreditatis tunc non fiat directò in codicillis.

Septimò limita,ſeu declara prædictam regulam,quia licet in codicillis nihil poſſit directò teſtator diſponere,vt in regula, tamen clauſulam derogatoriam appoſitam in teſtamento poteſt teſtator in codicillis reuocare,adeò quod ſi poſtea faceret aliud teſtamentum,valeret

leret

leret absque alia derogatione. Ita singulariter tenet Sali. in l.ii.C.de codicil.refert & sequitur Ang. in §.penul. Insti.de codicil.& commẽdat etiam Ias.in l.sancimus.C.de testa.in iiii.col.sic declarando l.hæreditatem.C.de codicil.& §.penul.Insti.codi

REGVLA CCCX.

HAEREDITATIS filiifamilias delatæ detentio facta longo tẽpore per ipsum, facit præsumi iussum præcessisse. Text.est singul.& non alibi secundum Barto.ibi in l.si filius.C.de peti.hæredi.de cuius intellectu & materia vide Balb.in tracta.de præscrip.in ii.parteprin. in vii.col.cum duabus sequen.

Limita quinque modis, vt per Ias.in l.1.col.v.& seq. C.qui admit.

REGVLA CCCXI.

HAEREDITATEM paternam acceptans, cogitur inuitus pupillarem substitutionem acceptare. Tex.est in l. quidam elogio.C.de iure delib. Concordat tibi Hispano tex.in l.viii.tit.v.parti.vi.

Amplia quatuor modis, vt per Ias.d.l.quidam.col.1.& ii. Limita secundum eundem in d.ii.col. quando talis acceptans hæreditatẽ, fuerat institutus in re certa.pro quo refert Pau.Imol.& Alex. quod intellige alio dato cohærede vniuersali, qui hæreditatem adierit, vt ibi, per eum.

REGVLA CCCXII.

HAEREDITATE iacente non inchoatur, nec currit præscriptio, donec vacat, licet continuetur iam cœpta cõtra ipsam, vt in l.ea quæ. & ibi not.C.de tempo.in integ.rest.& in l.si seruus hæreditarius, & ibi no.Ang.& Imo.ff.de stipu.seruo.iuncta l.cœptam.ff.de vsuca.per quæ iura ita concludunt Cy.Bald.Angel.& Pau.& Alex.in l.licet, ad fin.C.de iure delib.

Limita quatuor modis, vt per Balb.in tract.de præscrip.in vi.parte prin.in col.xix.ver.vigesimus quintus casus.vide Fel.in c.de quarta.de præscri.qui ante eum limitauit hanc reg.tripliciter, in col.vi.

REGVLA CCCXIII.

HAEREDITATE non adita, etiam legata ad pias causas non debentur. Tenet Bal.in l.fi.C.de testam.ma.Ange.& Imo.in l.qui filio. §.1.ff.de hære.insti.Bal. Sal.& Floria.in l.eam quam. C.de fideicom. & hanc dicit communem sententiam Ias.in l.1.in 1.lect.|col.antepe. C.de sacr.eccle.& in ii.lect.col.fi.& in d.l. eam quam. col.xi.in quibus locis plures refert hoc asserentes, licet Barto. contrarium firmauerit

uerit in d.l.j.Vide Phil. Dec.remissiuè in regu. si nemo subiit.ff. de reg.iu.& vide latissimè per Barb.in rub.de test.in col.lxvii. ver.xxi. limita,cum xv.colum. sequen.

Limita tripliciter,vt per eundem Ias. in d.l.j.prima lect. in d.col. antepe.in fi.& in seq.& in d.l.eam quam d.col.xi.

REGVLA CCCXIIII.

HAEREDITATEM, seu portionem hæreditariā restituere gra uatus,non tenetur prælegata restituere.Ita concludit gl.magna pro pe fin in l.cum virū.C.de fideicom.mouetur per l.Marcellus.§.quidem.ff.ad Trebel.& l fideicommissa.§.fi.& l.si Titius.ff.de leg.iii.

Limita tripliciter secundum Ias.in d.l.cum virum.in fine.

REGVLA CCCXV.

HAEREDIS est electio,quam dare velit, quando domum testator simpliciter legat, & in patrimonio suo plures domos habeat. Tex.est in l.si domus.ff.de leg.j.vbi Bar.not.& ponit rationem.facit tex.in l.si quis vxori,in fi.ff.de au.& ar.leg.

Amplia hanc regulam vno modo, & limita dupliciter, vt per Ias. in d.l.si domus.ii.col.

REGVLA CCCXVI.

HAEREDI facta prohibitio,non simpliciter, sed cum expressione neminis proprii,non transit ad hæredem hæredis:notat Bar. in l.Lucius.§.Semproniæ.ff.de leg.iii.tenent Imo.& Alexan.in l.filiusfamilias.§.diui.ff.de leg.j.

Limita tripliciter,vt per Io.Crotum in repe.d.§. diui.col.xxxiii.

Primo, quando nomen appellatiuum fuit præpositum nomini proprio.

Secundò,quando causa prohibitionis durat in personam hæredis? & refert Alex.dicentem hanc limitationem non esse veram,quam tamen ipse defendit.

Tertiò, quando testator prohibuit nominatim hæredem alienare bona extra familiam:quia volebat vt dicta bona remanerēt in sua familia. Sed si bene lector aduertis, ista fallentia potius est exemplum præcedentis, quam restrictio principalis.

REGVLA CCCXVII.

HAEREDI simpliciter facta prohibitio, transit ad hæredem hæredis.Est decisio Bart. in l.filiusfamilias.§. diui.col.pen. nu 73.primę lecturæ.ff.de leg.j.& ibi eam confirmat Ias.

Limita duobus modis: vt per Ias. in d. §. diui. col. allegata nu. 74.

REGVLA CCCXVIII.

Haeres potest indistinctè soluere extimationem legatario etiã inuito, quando est legata quota pars bonorum, & etiam si bona recipiant commodam diuisionem. est notãda conclusio, pro qua est text. in l. non amplius. §. cum bonorum ff. de leg j. vbi Doct. notant. facit tex. in l. generali § vsumfructum. ff. de vsufruct. lega.

Limita dupliciter, vt per Ias. in d. §. cum bonorum. col. j.

REGVLA CCCXIX.

Haeres qui adiuit hæreditatem testatoris occisi. eius nece inul ta, tanquam indignus priuatur successione: & fisco applicatur, quia prius tenetur accusare occisorem, & facere quòd puniatur. Text. est in l. j. C. de his qui. vt indig. vbi ex eo no. Ias j. colum., Vide tu Hispane l. xiii. tit. vii. parti. vi.

Amplia regulam procedere etiam in fœminis, quia eodem modo, vt viri tenentur testatoris necem vindicare: vt probant iura in l. cum fratrem. iuncta suprascriptione. & in l. sororem. C. de his quib. vt indig. in quo est secus iure nostro regio, vt in l. j. tit. iii. lib. vt in ord. rega. vbi soli viri ad præfatam vindictam coguntur, sub illa pœna priuationis hæreditatis. Quæ quidem prouisio regia satis mihi pia semper visa est, cum in fœminis vindictæ, & vagandi innatam cupidinẽ, temperet ac præscindat.

Amplia secundò hoc procedere de iure canonico, secundum quod etiam licet cum bona conscientia occisorem testatoris accusare, vt no. Ioan. And. quem ibi sequitur Abb. in c. accusasti. de ac.

Amplia tertiò procedere, etiam in filio exhæredato, qui per querelam inoffi. testamento obtinuit rescindi testamentum, quia si vult succedere, tenetur vindicare necem testatoris occisi, vt est gl. in l. ex inofficioso testamento. ff. ad Syllan. in glo. ij. iuncto tex. quam sequitur Alex. in l. sororem. in fine verbis. C. de his qui. vt indi.

Limita primò, nisi occisor talis testatoris esset pater ipsius hæredis instituti, quia tunc hæres non debet vlcisci necem defuncti accusando proprium parentem. Tenet Abb. in rub. eiusdem ti. dicit illud singulare Ias. in d. ii. col. qui dicit idem econtra, si occisor esset filius instituti.

Secundò limita in fisco succedente propter negligentiam hæredis non vlciscentis. quia ipse non tenetur vlcisci. Glo. est singula. quã ibi sequuntur docto. in l. recusare. § si fisco. ff. ad Trebel. dicit eam sing. Ias. in dicta ij. colum.

Tertiò limita non procedere in minoribus xxv. annis, vt in l. minoribus. C. de his quib. vt indig. & voluit lex prima nostri regni supra

pra alleg.& alia lex partitarum, in vi.parti.in tit.vii.in l.xv. ex quo idem esset dicẽdum in ecclesia hærede instituta, ex similitudine eius & minoris per plura iura introducta,vt in c.j.de resti.in inte.cum similibus;vt habes latius supra,in regula.ecclesia la j.

Quartò limita in rustico:vt cõcludit Alex.in l.j.in fi.C.de his qui. vẽ indi.contra Pau ibi,per tex.in l.iii.§.si quis ignorãs. ff. ad Sylla.

Et vide l.parti. supra alleg. in regula, quæ in hac materia videtur indulgere viro rustico & sic fauet opi Alex.

Quintò, sextò & septimò limita, vt poteris tu Hispane colligere ex alleg.l.xv.tit.vii.parti.vi.

Hæres,vide in verbo.institutus.

REGVLA CCCXX.

Haeres grauatus restituere hæreditatem,retenta alia dimidia, & sic retenta quota hæreditatis:tenetur ad legata pro rata parte hæreditaria,quatenus habet vltra quartam. Tex.est in l.j.§. sed si quatercenta.ff.ad Trebel.Facit tex.in l.Titia.in fi.& in l.quod de bonis. §.fi.& in l.Seyus & Augerius.ff.ad l.Fal.Limita dupliciter,vt per Ias. in d.§.sed si quatercenta.col.j.

REGVLA CCCXXI.

Homicida regulariter punitur pœna mortis.Text.est in l.j ff. ad leg.Cor.de sica.

Amplia nouem modis,& limita xxv.vt per Hipp.ibi à prima, vsq; ad xiiii.col.& limita latius xlv.modis,vt per Iac.Boullen.in repe.§. famosos.l.capitulum.ff.de pœn.fol.xxxvi. vsque ad finem repetitionis. Et tu Hispane vide l.ij.& iii.tit.viii.parti.vii.ex quibus colliges sex casus,in quibus fallit ista regula:& vide etiam l.iiii.tit. de los homicidios.lib viii.in ord.regal.quæ ponit plures casus.

REGVLA CCCXXII.

Homicidio præstãs opem,tenetur vt homicidia.Probatur in c.sicut dignũ.§.illi ẽt.de homi facit tex.in l.is qui opẽ.ff.de fur.& in §.ope.insti.de obli.quę ex deli.nascũ.gl.in clem.j.de pœn.in verbo, defensam.plenissimè per Sali.in l.j.C.de raptu virgi.& per Ang.in l. j.C.de Nili agger. non rũpen Et qñ quis dicatur opẽ præstare,vide Feli.in d. c.sicut dignũ.col.ii.in fi. vbi refert tres doctrinas notabil.

Amplia hoc intantum procedere,quòd punitur cum illa qualitate pœnæ,cum qua ipse principalis delinquens:vnde præstans opem parricidio,punitur ita grauites,sicut ipse committens. Tenet Bart.in d. l.is qui opem & in l.vtrum.ff. de parri.quod refert, & clarius ponit Abb.in c.i.col.fi.in prin.de offi.deleg. ex quo venit casus in quo ille qui auxiliũ pręstitit parricidæ grauius punitẽ, quàm si ipsemet solus

occideret, cum tunc veluti extraneus puniretur. Istam ampliationem limita & declara, nisi talis præstans opem, ignoret illam qualitatem aggrauantem. ita tenet Ang. vbi supra. sequitur Anan. in d. c. sicut. Fel. tamen ibi in j. col. in fi. & latius in d. c. j. col. vii. de offi. delega. dicit quòd moderni tenent contrarium.

Limita istã conclusionem octo modis, quibus multum declaratur ista regula,ut per Marc.Anton.in tracta.de virtu.iura. in 77.effectu, col.fina.quem omnino vide,quia prius per duas colum.& ultra corro borat suprascriptam regulam duodecim fundamentis notandis,quod non obliuiscaris,quia cum plura sint, in quibus iuramentum alterat contractus naturam,ut per Iaso.in l.si conuenerit.in 2.& 3.columna ff.de iurisd. omn. iudic. vbi plura cumulat ex prædictis limitationibus. Optimè declaratur materia, & habes illum tractatum in tertiò volum.Tractatuum.

REGVLA CCCXCI.

IVRAMENTO omni semper intelligitur authoritas superioris excepta. Text.in cap.venientes.de iureiuran. facit text. in cap. ad nostram.eod.titu.

Limita quatuor modis,ut per Ioan. de Selua.in d. tracta.de iureiuran.fol.6. 4.colum. vbi prius uide aliqua exempla pro ipsa regula, & vide Felin.in cap. constitutus. in colum. 6. cum tribus sequen.de rescri. ubi ampliat tripliciter regulam istam, & limitat etiam quatuor modis.

Iuramentum,uide supra,in uerbo,absolutione.authoritate clausula.lo.3.& in uerbo, deponens.episcopus & iudex.

REGVLA CCCXCII.

IVRANDI facultas(in casu l.si quando.C.ut de vi.& in casu c fina. de his quæ vi metus ve cau.) transit ad hæredes damnum passi,si sit mortuus damnum passus antequam iuret? Notant Pau. Roma.& Alexan.in l.si per alium.§.fina. ff. ne quis eum qui in ius uoca.est vi exi ponit Ias.ubi hoc ratione confirmat in d.c. si quando.pe.col.

Limita & intellige, quando hæredes sunt in tali conditione quòd possunt iurare,quia sunt bene informati,aliàs non,ideo oportet quòd sint tales hæredes,qui morati essent cum defuncto,& gessissent nego tia eius. ita Bal.in cap.j.colum.j.si de inuest.inter domi.& uas.lis o-ri.& refert sequendo Ias.in d.col.pen.Pro quo facit glo.j.iuncto tex. in l.maritus ff.de quæst.ex qua not.ibi Hippo.in I.col.quòd iuramẽ tum non defertur habenti unum testem,quando ille non potest scire ueritatem rei.& ponit exemplum in hæredibus,& in successoribus in

ius

ius alterius, quibus dicit non deferendum iuramentum per prædictã glo. quod est notandum, quia sæpe contingit in practica.

REGVLA CCCXCIII.

IVRISDICTIONEM ordinariam & delegatam habens, si procedat simpliciter, uidetur procedere principaliter ex delegata? Notat Ioan And. in c. si postquam. super verb. ordinaria. de elect. in 6. per l. 3. ff. de testa. mil. & sequitur ibi domi. in prin. in 2. col.

Amplia dupliciter, & limita duobus modis, ut per Feli. in c. cum ex officii. de præscrip. col. 12. & sequen.

REGVLA CCCXCIIII.

IVRISDICTIONIS perpetuatio circa expressa in rescripto, non operatur regulariter quo ad non expressa. Glo. Ioan. An. & communiter doct. in c. quoniam. de præscrip. Bal. in c. licet undique. de offi. deleg. quam conclusionem probat, defendit, & dicit communiter teneri Felin. in d. c. quoniam col. 3.

Limita 5. modis notabiliter, ut per eum ibi, & in col. seq.

REGVLA CCCXCV.

IVRISDICTIO ordinaria, respectu certi generis, non potest prorogari ad diuersus causas, & dissimiles expressas. Istam regulam ponit Abb. in c. cæterum. de iudi. quam ibi refert Felin. in 1. col. & allegat Anton. idem tenentem in c. 1. de offi. deleg. col. 16. facit notabilis doctrina, quam inserui in meis doctrinis magistralibus, in doctrina incip. iurisdictio.

Limita quadrupliciter, ut per Feli. in d. col. 1.

REGVLA CCCXCVI.

IVRISDICTIONEM contentiosam non potest quis exercere in alieno territorio Tex. in l. fina. ff. de iurisd. om. iud. & in c. fin. de cõst. lib. 6. facit tex in l. si. ff. de offi. præfe. vrb. & in l. 2. ff. de offi c. proconf. & leg. Probat hoc etiam l. 7. tit. 4 par. 3. quasi in medio. quæ lex punit simili ordine supplicii iudicem, qui homini alieni territori corporalem pœnam infligit.

Limita quatuor modis, ut per Maria. Soci. in c. fi. col. 37. de foro cõpete. vide Iaf ubi eam limita 16. modis in d. l. fi. inter quos includit dictas limitationes Mariani, præter vnam, etsi eum non referat.

REGVLA CCCXCVII.

IVRISDICTIO de iure ciuili præscribitur spatio longi temporis, videlicet

videlicet decem annis inter præsentes,& uiginti inter absentes,exigitur tamen scientia & patientia illius contra quē præscribitur,quæ habet uim tituli,per l.2.C.de serui. & aqua.& facit tex.in l.fi.C.de lon. tem.præscrip. ita concludit Maria.in c.cum contingat. de foro compet.in col.10. de quo uide notabiliter & late per egregium Doct.nostrum, Ioann.Lupum de pal.ru.in sua vberrima repe.c.per vestras.de don.inter uirum & vxo.fol.19.col.3.cum duabus sequen.

Limita quinque modis,ut per eundem Maria. in d.col.10. quem uide in materia per tres col.precedentes.

REGVLA CCCXCVIII.

Ivre communi sublato, intelligitur sublatum statutum illi simpliciter conforme,colligit Fel.post plures hanc regulam defendit,& dicit eam communem in c.1.de rescrip.

Limita duodecim modis,ut per eum ibi.col.10.cum seq.

REGVLA CCCXCIX.

Ivs superueniens ex causa de præterito, pendente lite prodest,& potest serui condemnatio,etiam de iure ciuili.Tex.in l.si rem.§.fina. ff.de pigno.act.& in l.si tibi mandauero vt à Titio exigeres.ff.mand. Ista est communis conclusio doct.in l.non potest.de iudic.ff.& in d. §.fin.vt firmat Maria.in ca. significantibus.colum.38. de libel.oblat. quem uide in materia,per tres col.præcedentes.

Limita tripliciter,vt per eum ibi,col.39.per totam, uide Pau.d.l. non potest,in fin.vbi hanc regulam limitat dupliciter.

REGVLA CCCC.

Ivri patronorum nunquam censetur Romanus pontifex per literas derogare,nec præiudicare.Ita tenet Host.in c.dilectus.de offic. delega.& Lapus allegatione 96.inci.beneficia vacantia.Domin.post Ioan.And.in c.2.de præben.lib.6.reprobata ibi glo.& Abb.in c.cum dilectus.de iure patro.& plura ponit Fel.in tract.quando literæ apostolicæ noceant patronis ecclesiarum.

Amplia hanc regulam vndecim modis,& limita totidem ut per Feli. vbi supra,col.2.cum 7.seq.

REGVLA CCCCI.

Ivs patronatus potest vendi cum uniuersitate, & transit in emptorem.Tex.in c.cum seculum.de iure patro.notatur in c. ex literis. eod.titu.Vide in materia Roch.in tract.eiusdem titu.fol.33. in c.1.in ver.vigesimoquintò quæro.

Limita

Limita quadrupliciter,ut per Pau.de Citadinis in tract.de iure patronatus.in 9.parte.col.3.in uer.nonò quæro.

REGVLA CCCCII.

Ius, seu priuilegium reuocandi domum,si competat alicui,& cœpit alium conuenire durante causa concessiua dicti iuris,seu priuilegij,tunc potest conueniri,& cogitur defendere se. Text.est in l.2.§. sed si agant.ff.de iudi.& tenet glo.& doct. in cap.fin.de foro compe. Habes Hispane legem idem disponentem,in parti 3.ti.l 4.quæ etiam seipsam limitat.

Limita quinque modis,ut per Marian.in d.c.fi.in col.28.qui in materia ista iuris uocandi domum pulchrè & ordine singulari per sex col.præcedentes,& per quinque sequentes plura describit,quas quinque limitationes transcripsit Fel.ibi,in col.antepen.

REGVLA CCCCIII.

Ius accrescendi cessat,ubi portio uacans fuit acquisita. Ita text. in l.aquam.ff.quemad. seruit.amit. in l.1.§.interdum.ff.de usufr.accresc. Ioan.de plat.in l.1.C.si liber.imper.socius.lib.10.

Limita nouem modis per Iaf.in l.re coniuncti.ff. de leg.3.col.47.cũ duabus seq.a nume.221.usque ad 238.& idem Iaf. in l. si mihi & Titio.ff.de uerbo.oblig.à nume.5.usque ad 10.

DE LITERA. L.

REGVLA CCCCIIII.

LEGANS extraneus mihi rem meam alteri tertio pignoratam,censetur grauare hæredem ut illud pignus liberet, soluẽdo debitum principale.Tex.est in l.si tibi homo.in prin.ff.de lega.1.

Amplia uno modo,& limita quatuor modis hanc regulam, ut per Iaf.in d.l.si tibi homo.col.2.cum sequen.

REGVLA CCCCV.

LEGATARIVS habens electionem legati alternatiui, non potest eligere partem in uno, & partem in altero, quando una parte alternatiuæ legatum est unum, & in altera plures quantitates subrogatæ loco unius. Text. est in l.si ex toto.§.ita legatum.ff. de lega.1.

Limita tripliciter hanc regulã, ut per Iaso. post Petr. de Bexu.in d.§.si ita legatum.

Regula

REGVLA CCCCVI.

Legatarivs, cui facultas eligendi competit debet rem mediocrem eligere. Tex.in l.fi §.j.C.commu.de lega.tex.in l.fi quis argentum.§.ij.C.de dona. text.in l.legato generaliter. & in l.fi.hæres generaliter.ff.de lega.1.

Limita dupliciter,vt per Iaf.poft oẽs doct.ibi,in d.l.generaliter.

REGVLA CCCCVII.

Legatarivs, qui rem legatam propria authoritate occupat cum vitio cadit ab omni iure fuo. Tex.eft in l.non dubium.C.de lega.qui fing.eft fecundum Paul.ibi.

Amplia,fiue fit legatum generis,fiue fpeciei. Notat Bar.& communiter doct.in l.extat.ff.quod metus cau.& not.Alexand.in dicta l. non eft dubium.

Limita non habere locum in legatario, cui data eft licentia propria authoritate apprehendere rem legatam, vt in l.Titia cum teftamento.§.1.fecundum vnum intellectum glo.ff.de lega.ii. & Alex.in d.l.non eft dubium,vbi vide Iaf.latius in hoc fcriben.

Secundò limita non habere locum in legatario, qui effet exequutor teftamenti.Not.Bal.Ang.Sal.& Pau.in d.l.non eft dubinm.quos ibi refert Alexand.alios etiam ad hoc referendo: & vide ibi Iafonem qui idem fequitur.

Tertiò limita in inftituto in re certa,quia licet talis cenfeatur legatarius dato cohærede vniuerfali, tamen poteft illam rem propria authoritate apprehendere, nec incidit in pœnam priuationis. Ita limitat Iaf.in d.l.non eft dubium in fi.col.

Quartò fallit in eo cui relicti funt annui fructus certi fundi, quia fi hæres neglexit facere coli, & feminare fundum, poteft legatarius propria authoritate apprehendere poffeffionem talis fundi. Not. Bal.in l.vnica.§.excepto.C.de cadu. tol. quem refert Iaf.in d fi.col. fic reftringens iftam regulam:confuluit tamen Bald. vbi fupra,quod tutius fit in hoc proteftari.

REGVLA CCCCVIII.

Legatarivs, fi ftipuletur ab hærede feruum in fpecie ibi legatum non effe fugitiuum,nihil plus fibi debetur, quam effet in legato per ftipulationis adiectionem. Tex.eft in l.fi à fubftituto.§.fin. ff.de lega.1.& in l.fi legati ferui.eod.titu.vbi notatur.facit text.in l. v.§.conuentionales.ff de verbo.obligat. & text. in l.1.§. fi quis fub conditione.ff.ut legat.vel fideicom.nomi.cauea.

Limita dupliciter,vt p Iaf.in d.l.fi legati ferui.col.j.nu.3.vfq; ad fi.

REGVLA CCCCIX.

LEGATARII in causa testamēti testes esse possunt. Ita cōcludit Abb. in c. insup. de testi. cui assentit ibi Fel. col. ante. post mediū, licet dicat ꝙ est passus difficilis, de quo ad varia doc. loca se remittit: & ita videt tenere Ias. in l. dictātibus. in prin. C. de testā. probat tex. in §. legatariis. Insti. de testa. & in l. qui testamēta, in prin. ff. eod. tex. melior de iure in l. si quis ita. ff. de reb. dub. Vide tu Hispane l. xj. tit. j. par. 6.
Limita dupliciter, vt per Fel. in d. c. insuper. col. pe. in prin.

REGVLA CCCCX.

LEGATA reuocantur per solas inimicitias superuenientes post factum testamentum, licet hæredis institutio non. Vt in l. ex parte. ff. de adimen. leg. ponit Ias. in l. hæreditas. ij. col. circa medium. C. de his quibus vt indig. vbi vide rationem diuersitatis. Et nota quòd tales inimicitiæ debent probari per quinque, vel septem testes: ita dicit Bar. post Dyn. in l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testa. quod dicit mirabile Ias. in d. ij. col. & sequitur hoc commendando idem Ias. in l. filio quem pater. ff. de libe. & posthum. ij. col. contrarium tenet idem Ias. referendo Pau. ibi, in l. fideicommissum. C. de fideicommiss. imo quòd duo testes sufficiunt.

Limita primò, nisi inimicitiæ processissent culpa testatoris. Tenet Barto. in l. cum tabulas. §. quoniam. ff. de his quibus vt indig. qui sic summat illum §. quod dicit sing. Ias. & non legisse alibi, in d. ij. col. quod tamen ibi dicit falsum esse, & adducit quatuor fundamenta in contrarium, quæ vide & asserit quòd neminem vidit qui illud dictū Bar. approbet, nec reprobet. Et idem contra dictam doctri. Bart. dicit ipse Ias. in l. si filiam. in j. col. C. de inoffic. test. vbi eadem posuit, quæ in d. l. hæreditas. in hoc passu: & opinioni Ias. cōtra Bar. assentitur Gerardus de Petra sancta in sing. v. incip. regula est. & Ioan. Lup. in repeti. rub. de dona. inter vir. & vxo. fol. xlviij. col. iij. in fin. & in princ. sequentis, vbi per totam col. aliqua cumulat, quæ contra Bar. vrgent. Et dictæ opinioni Ias. contra Barto. assentitur etiam nouissimè Ioan. Fran. de Ripa in c. j. de iudi. col. iij. versi prima conclusio. & respondet ad d. l. in qua se fundat Bar. tu vide Barb. in c. j. in xix. col. de proba. vbi dicit ad hoc illum text. valde celebrem, & non refert doctri. Bar. refert Philip. in c. cum speciali. in col. vij. in prin. de appel. Istam etiam regulam aliter limitat, vt per Gerard. in d. singu. quinto.

REGVLA CCCCXI.

LEGATA peti non possunt, hæreditate non addita. Text est in l. si nemo. ff. de testa. tut. & in l. si quis omissa. ff. si quis omis. cau. testam.

Limita

Limita viginti & vno modis, vt per Barb. in rub. de testam. in col. lxv. cum duab. seq. vbi prius assignat tres rationes huic regulæ.

Vigesimosecundò limita, quia hodie ex l. nostri regni castellæ, etiam non adita hæreditate debentur: vt in l. j. titu. de los testamentos. lib. v. in ordi. rega.

REGVLA CCCCXII.

LEGATVM domus factum simpliciter, est derisorium, & sic inutile quando testator nullas domos in patrimonio habebat, neque hæres tenetur aliam domum extra patrimonium testatoris, redimere. Tex. est vbi Alexan. rationem assignat, Iason verò ibi reprobat, & addit alteram in l. si domus. ff. de lega. j. in princ. versic. quòd si nullas. aliam ponit Zasius lib. intellectuum singularium. cap. v. de obli. gener. pagi. vi. col. ij. & videndus Guliel. Benedict. in repeti. c. Raynutius de testa. verbo, domum.

Amplia vno modo, & limita tribus, vt p Ias. in d. l. si domus. col. 3.

REGVLA CCCCXIII.

LEGATVM quantitatis similis in eodem in testamento, pluries relictum, in dubio semel tantum debetur. Text. est in l. planè. §. si eã. ff. de leg. j. quem ibi notant doct.

Limita tripliciter hanc regulam, vt per Ias. ibi, col. iij.

REGVLA CCCCXIIII.

LEGATVM non vitiant angustiæ temporis, & difficultas præstationis, seu impossibilitatis quæ concernit eius executionem, seu præstationem. Text. est in l. si mihi & tibi. in §. si quis seruos. ff. de lega. j. per quem ibi notant Doctor. communiter. facit text. in l non tantum. C. de lega.

Limita tribus modis, vt per Iasonem in d. §. si quis seruos. col. ij.

REGVLA CCCCXV.

LEGATVM factum seruo sine libertate non valet, nec reconualescit, licet post mortem testatoris efficiatur liber. Tex. est in l. seruus. C. de lega. facit text. in l. ex. fideicommisso C. de fideicommis. & in l. si legatarius. §. j. ff. de lega. iij. & in l. quidam. §. illo. C. de neces. ser.

Limita quadrupliciter, vt per Ias. in d. l. seruis. j. col.

REGVLA CCCCXVI.

LEGATVM rei alienæ factũ à testatore scienter valet. Tex. in l. cũ alienam.

alienam.C de lega.& §.non solum. Institu.eod. Habes tu Hispane l. x.titu.ix parti.vi.quæ idem disponit.

Amplia quatuor modis,& limita tribus,vt per Ias.in d.l.cum alienam.col.i & in materia huius regulæ.vide aliam regulam, quam habes supra,iu litera A.in verbo alienæ.

REGVLA CCCCXVII.

LEGATA non reuocantur,si necessitate ductus testator, rem legatam alienauerit. Tex.est in l. fideicommissa.§. si rem. ff.de leg.iii. & in l.rem legatam.ff.de adimen.lega.per glo. & docto.in l.qui post testamentum. C. de legat. quia actus necessitate celebrati non eos effectus operari solent, quos si voluntariè fierent, sortirentur:vt per plura cumulata comprobat Hippol.in l.i.§.præterea.in colum.iii.& iiii.ff.de quæstio.

Limita,procedere quando illa necessitas sit circa res familiares,secus si à lege inducta vel imposita.Ita tenet Alb. in l filia legatorum. C.de lega.quod dicit mirabile ibi Ias.circa prin.

Legatum.vide supra, in verbo, actiones & in verbo, alienæ.& in verbo,alimentorum.

REGVLA CCCCXVIII.

LEGATVS de latere, nec cardinalis ei æquiparatus, non potest causam appellatione remota committere. Glo.in clem.sæpe.verbo, mandamus.de verbo.signi.& in clem.ne Romani in prin.de elect.& in c.quod translationem.de offic.deleg. & in c.indemnitatibus. verbo,sine strepitu.de elect.in vj.& in clem.ij.de rescrip.Tex.ibi & glo. in c.dilectus.de præben.

Limita dupliciter vt per Iaso.in l.nemo potest. colum.ij.numero 8.ff.de legat.primo.

REGVLA CCCCXIX.

LEGATVS non creditur quis, nisi ostendat literas legationis. Probat tex.à contrario sensu in c.ad eminentiam. de senten. excom. & in c.quod translationē.de offi.lega.& in l.j.C. de manda. princip.

Limita hanc conclusionem tripliciter, & omnes tres limitationes sublimita semel,vt per Feli.in d.c.ad eminentiam,in principio.

Legatus.vide supra in verbo,absoluere.

REGVLA CCCCXX.

LEGATVS non committit causam sublato iuris ordine Abb.in c. t.de rescrip.allegat glo.magnam circa fin.in c.fin. de hæreti. lib.vi.

& vide quæ allegat Felin.in d.c.j.col.ii.

Amplia dupliciter, & limita quinque modis, vt per eum ibi, alibi ſecundum eum non reductis:& vide Iaſ.in l.nemo poteſt.in ii.col.ff. de leg.j. vbi hanc regulam ſcripſit per generaliora verba, videlicet quòd cardinalis vel legatus de latere, non committit cauſam, vt in ea procedat ſummariè,ſimpliciter,& de plano, iuris ordine non ſeruato.quam limitat dupliciter.

REGVLA CCCCXXI.

Legitima quanta eſſe debeat,inſpicimus tempus mortis,nec curatur, an aliis temporibus habuerit defunctus ampliores facultates. Tex. eſt ex quo iſtam regulam colligit Iaſ. in l. cum quæritur.C. de inoffi.teſta.facit tex.in l.in quantitate,in prin. ff.ad l.Falci. & notat Didacus de Segura commendando ad hoc d.l.cum quæritur.in l.imperator.ad Trebel.fol.xi.col.ii.qui refert Bal.idem tenere in l.ſi qua pœna.j.lectura.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.

Limita tribus modis,vt per Iaſ.in d.l.cum quæritur.& vide eum latius in authen. nouiſſima iii.col. vbi duas ex dictis limitationibus latius ponit,quas etiam deſcripſit Segura in d.fol.xi.col.iiii.

Legitima. vide ſupra in verbo,conſuetudo. & in verbo, conditio.

REGVLA CCCCXXII.

L. Barbarius ff.de offi. præto. habet locum etiam in delegato. facit gl.& ibi communiter Doct.in c.ſciſcitatus.de reſcrip.

Limita tripliciter vt per Fel.ibi,col.4.in prin.

REGVLA CCCCXXIII.

Lex non fingit ſuper eo,quod eſt impoſſibile.Glo.in l.Gallus.§. ſi eius.ff.de lib.& poſthu.hoc probat tex.in l. qui ad certum.ff.loca. & in l.certè,in prin.ff.de preca vide gl. ſingularem in l.talis ſcriptura .in verbo,hanc autem.ff.de leg.j.de qua fecit mentionem Iaſo.in l.ſi is qui pro emptore.ff de vſuca. pro emp. col.xxx. vii.vbi refert Bal.commendantem eam in variis locis.

Limita ſeptem modis, vt per Ioan.Crotum, in repeti.d.l.ſi is qui pro emptore.col.xxi.& xxii.

REGVLA CCCCXXIIII.

Lex vbi introducit actionẽ pro pœna pecuniaria ſimpliciter impoſita, propter delictum, tunc pœna applicatur parti, vt in l.iii.vbi gl.& Bar.ff.de ſepul.viola.

Amplia tripliciter, & limita duobus modis, vt per Ioan. Fran. de

K Ripa

Ripa in rub.de iudi.col.pen.per quē vide aliam bonā conclusionē in materia, cum duplici limitatione, scilicet quòd vbi lex non introducit, nec actionem nec accusationem, tunc pœna applicatur fisco.

REGVLA CCCCXXV.

Lex, vel statutum prohibens fieri actum vel contractū, licet non procedat vltra annullando, tamen actus est nullus. Tex.est melior de iure, & ibi notant Bar.& doct.in l.non dubium.C. de legib.

Limita quinque modis, vt per Iaf.ibi, col.v.

REGVLA CCCCXXVI.

L. Bene à Zenone.C.de quadrien.præscrip. limitatur viii.modis, vt per Marti.Lauden.in tract.de principibus. fol.j.col.ij.§.xi.incipien.notandus est. Vide latius per Ioan. Fran. Balbum in illo suo eleganti tracta.de præscript.vbi limitat xi.modis, in ij.parte. quintæ partis princi.col.antep.& penul. & vide Feli. in c.quæ in ecclesiarū. col.xii.nu.34.de consti.vbi ponit quinque limitationes. Et his limitationibus potes tū Hispane restringere legem liii. titu.v.partita v. quæ lex est conformis.d.l.bene à Zenone.

REGVLA CCCCXXVII.

Lex canonica, ciuilis, aut alia, maximè præceptiua, seruanda est in foro conscientiæ.

Limita istam regulam vndecim modis, vt per Siluester.in sua summa.in verbo.lex.§.nonò quæritur. Et vide Feli.in c.j. de constituti. col.iii.nu.11.vbi ponit decem limitationes.

REGVLA CCCCXXVIII.

Lex incipit ligare post duos menses, à tempore publicationis. Tex.est in authen.vt factæ nouæ constitu.in princi. col.v.text.in c. nouerit.de senten.excom.

Limita sex modis, vt per Fel.in c.cognoscentes.de constitu. col.ii. cum duabus seq.

REGVLA CCCCXXVIIII.

Lex noua disponēs in vno casu, procedit in alio, qui erat ei æquiparatus, per l.antiquam. Probant regulam istam gl.in l. si quis seruo. C.de furt.& in l.ii.de cura.furio.& in l.quod verò contra. ff.de legi. notat Bar.in l.& tantum.per illum tex.ff.de ser.corrup Iaf.in l.transigere.col.vi.C. de transac. & §.ex maleficiis. col.viii. institu. de actio.

&tic. Calcaneus consi.xv.colum.xv.post medium.& cons. lvii.col.vi. in fi.in c.Barba.at si clerici.de iudi.colum.xxv.in fi. vnde dicit ipse, quòd ita infamat confessio, sicut sententia cum ista sint æquiparata,& tenet contra Bar.in l.infamē.ff.de publi. iudi.qui aliud voluit.

Amplia istam regulam procedere etiam in exorbitantibus a iure communi. Vt not.Alex.in l.centurio. in col.ii.ff. de vul.& pupil.pro quo allegat gloss. quam dicit elegantem in d.l.ii.C.de cura.fur.quę voluit secundum eum, quòd omnia priuilegia concessa minoribus, extenduntur ad furiosos minoribus ęquiparatos:de qua glo.Bal.meminit in pluribus locis,ibi descriptis ab Alexan.

Limita sex modis,vt per Ioan. crotum, de monte Ferrato in repe.l.si constante.ij.lectura.in col.xxv.& seq.ff. solu. matrimo. quos libuit in summa referre, tum quia repetitio illa non erit sic in potestate omnium,tum quia aliqua intendo superaddere.

Primò videlicet quando lex noua, quæ aliquid disponit, illud non disponit in materia in qua à lege antiqua fuit facta illa adæquatio, seu æquiparatio:pro quo allegat glo.in c.j.in verbo,declaramus.ne cleri. vel mona lib.vi.& Roma.consi.clxxix.

Secundò fallit,quando dispositio est correctoria,secundum Aret. ibi,quem ad hoc refert dictus Io. crotus, cuius tamen contrariū tenet per optima fundamenta,& respondet ad fundamenta Are.Tu adde quòd idem tenet Bar.in l.Marcellus.in prin.ff.ad Trebel.& in Authen.sed cum testator.C.ad leg.Falci.vt refert Ias.in d.l.transigere. in d.col.vi. & sic quòd regula ista procedat etiam in correctoriis,vnde ista fallentia non est vera, imo poteris ampliare regulam, vt etiā militet in correctoriis:& tenet hoc etiam idem Ias.in l.qui condemnare.ff.de re iudi.

Tertiò fallit secundum eundem,quādo dispositio est pœnalis, pro quo etiam refert Aret.& ibi,& tandem contrarium tenet per glo. in c.si postquam de elect.in vi.& respondet ad fundamenta Are. Et vltra eum adde quòd eandem sententiam, & sic quòd ista regula procedat etiam in pœnalibus,tenet Panor.per gl.ibi, in c.de mulcta. de præb.quod sequitur Ias.in d.l.transigere & pro hac etiam conclusione allegat d.gl.in c.si postquam.& in c.de mulcta. Ias.in d.§.ex maleficiis.in d.col.viii.reprobata glo.ibi,quæ contrarium voluit:& vide Philip.Deci. in regula,in pœnalibus col.fi.versi. quintò fallit.ff. de reg.iur.& vide Siluestrum in sua summa, in verbo,pœnam.versi. quartò quæritur.ibi dicit,quòd tunc habet locū ista conclusio,quando aliqua duo sunt parificata communiter, & est eadem ratio expressa, vel indubitate præsumpta,qui nihil allegat. Fundatur ista sua sententia ex quinta & sexta limitationibus infra positis.vide tamē Ioā. crotum vbi supra, qui saluat istam fallentiam Aret.in vno casu, ex quo dat quartam limitationem,quæ sequitur.

Quartò fallit,qn̄ per legem nouā imponitur pœna ipso iure. Allegat gl.in c.licet canon. in verbo,parrochialis.de elect.lib.vi.

Quintò fallit, quando non esset eadem ratio in casu ad quem fit extensio, quia in illo non videtur facta æquiparatio ex mente legis. Allegat Bar. in l. hæres absens. §. j. ff. de iudic.

Sextò fallit, quando adæquatio fit de iure antiquo, sed nō per modum regulæ. Allegat tex. quem sic intelligit in l. fina. iuncta Authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle.

REGVLA CCCCXXX.

LEGEM diuinam potest princeps secularis limitare, seu interpretari ex causa. Tenet Inno. originaliter in c. quæ in ecclesiarum. de cōsti. Anto. imo. & Abb. ibi, sequentes Inno. Barto. etiam in i. consti. ff. col. v. glo. etiam in l. i. in gl. fi. ff. de consti. prin. Bal. in Authē. ad hæc. col. ii. C. de vsur. & in l. ii. ad fi. C. de preci. impe. offer. latissimè Feli. d. c. quæ in ecclesiarum. col. ii. cum tribus seq.

Limita hanc conclusionem tripliciter, vt per Fel. ibi, col. v.

REGVLA CCCCXXXI.

LEGEM si à principio aliqui suscipiunt in eodem loco, & aliqui non, & Papa simpliciter sustinet, nec aliquid super illo disponit: tūc tollerantia Papæ non excusat à peccato, nec dispensationem inducit? Notat Abb. in c. cum olim. ii. col. de cleri. coniuga. & c. treugas, de treu. & pace. per cap. cum iamdudum. de præben. & Butri. in c. quia circa. ad finem de consang. & affinita.

Limita tripliciter, vt per Fel. in d. c. treuga. col. vii. qui in col. vi. in fi. versi. quinta declaratio. ponit supra dictam regulam.

REGVLA CCCCXXXII.

LEGIS verba, an sint consilii, vel præcepti attenditur. & secundū illorum naturā dominatur lex, quando non constat an materia eius sit præcepti, vel consilii: & potest se habere ad vtrunque. Hanc regulam colligit Felin. in c. nam concupiscentiam. col. ij. de constitu. vbi addit exempla & alia pro ornamento materiæ.

Limita sex modis, vt per Fel. ibi, col. iii.

REGVLA CCCCXXXIII.

LEGES transgredi ex causa, licitum est. Doctrina est Inn. in c. j. de consti. refert Bal. in l. & si seuerior. C. de infami. & ibi Sal. idē Bal. in Auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. col. pen. de qua doctrina vide Fel. in d. c. j. col. xiiij. de consti. & Ias. in l. j. col. j. C. de preci. impe. offeren. de quo dicto Inno. meminit Decius in regula quoties æquitatem, in princ. ff. de regu. iur. quod dictum etiam celebrant & sequun-

quuntur plures Doct.in varijs locis relati ab Hippoly.in l.vnius.§. cogniturum.col.xiiij.ff.de quæst.vide etiam eundem in l. j.in col.9. ff.de quæstio.dicit etiam singulare illud dictum Inn.Ioan.Francisc. de Ripa in rub.de iudi.in col.5.quasi in fine.Dicit etiam sing.Barb. in c.at si clerici.in princip.in col.xxxij.de iudi. & vide eundem postea in col.antepen.eiusdem principij. vbi allegat l.diuus.iuncta gl. ff.de falsi.quem tex.dicit destruere illum dictum sing. Inn.

Limita hanc conclusionem dupliciter, vt per Ias.in d.l.j.in col.2.

REGVLA CCCCXXXIIII.

LEGES imperatorum regulariter comprehendunt clericos. Tex.optimus in c.j.de noui oper.nunc.tex.in c. si in adiutorium.x. dist.& in cap. quoniam.& in c.de capitulis.& in c.quis autem. cum multis ibi positis,eadem dist.& confirmat Felin.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.xiij.col.de consti.

Limita quatuor modis,vt per eum ibi, per septem col. vbi ex 2. limitatione infert ad aliqua bona in materia, & ad tertiam limitationem ponit octo declarationes, & etiam ad quartam subnectit totidem.

REGVLA CCCCXXXV.

LEX cum de in rem verso.ff.de vsu. limitatur suprà.in verbo,allegans. Et l.2.C.de rescin.vendi.in verbo,defectus. Et l. vbi acceptum.ff.de iudi.supra in verbo,iudicium.

REGVLA CCCCXXXVI.

LIBELLO nõ est necessarium locum & tempus exprimere? Tenent Inn.Ioan.And.& Domi.in c.Abba.sanè.de re iudi.in 6. Barto.in l.an eandem.§.actiones.ff.de excep.rei iudi.

Limita quinque modis,vt per Maria.in c.significantibus.xxj.colum.de libe.obla.

REGVLA CCCCXXXVII.

LIBELLVS, licet debeat esse clarus,si tamen non sit, & nõ opponatur,procedit.Ita notat Bal.in l.edita in 2.colum.C. de eden. probat tex.in c.abbate sanè.de re iudi.in 6.in versic.secus. no.Ias.in l.j.in ij.no.C.de successo.edic.

Limita quinque modis,vt per Purpu.in d.l.edita.C.de eden.in colum.iiij. Primò dummodo non sit tanta incertitudo libelli,vt reo auferat defensionem.

Secundò fallit in criminalibus,in quibus libellus generalis, non

K 3 recipitur

recipitur etiam parte non opponente,& ponderat etiam Bart. velle idem in ciuilibus descendentibus ex crimine.

Tertiò quando aliquo casu speciali iurisdictio competit,quia coram tali iudice libellus generalis admittitur.

Quartò,quando iudex vellet cogere ad declarandum,etiam parte non petente.

Quintò,quia licet talis libellus à principio procedat, tamen ex postfacto debet declarari,etiam parte non opponente.

Allegat glo.sing.in l.j.§. si quis argentum.ff.depo.

REGVLA CCCCXXXVIII.

Libellus nō potest esse alternatiuus.Tex.est in l.prætor edixit.§. quòd autem.ff.de iniur.

Limita nouem modis,vt per Maria.in c.significantibus. in col.ij. de libe.oblat.& per totam col.seq.

REGVLA CCCCXXXIX.

Libellus non potest esse conditionalis, probatur in l.non quemadmodum.ff.de iudi.& in l.fi.ff.quan.dies lega.ced.notant docto.in cap.j.de libel.oblatio.

Limita quadrupliciter, vt per Maria.in c.significantibus.colum. iiij. de libe.

REGVLA CCCCXL.

Libellus non potest emendari vel mutari post litem contest. etiā si in eo sit clausula,saluo iure addendi,vel minuendi. Est glo. sing.in c.inter dilectos.de fide.instru.in ver. addendi quā ibi sequitur Abb. in col.7.& sic asserit teneri communiter. Eam dicit singu.Iaso. in l. non solum.§.morte.ff.de no.oper.nunc col.15.& sequuntur eā plures docto.relati ibi à Fel.in col.7.vide Thomam Ferrar.in cau.54.

Limita tripliciter, vt p Ias.in l.edita.C.de æden.in fi.col.pro quarum fina.limitatio,vide melius per Feli.in d.col.7.

REGVLA CCCCXLI.

Liber rationum non probat pro scribente? Notat Bar. in l.admonendi.ff.de iureiuran. in colum.6. probat text. in l.exemplo.C. de probation.

Limita hanc septem modis,vt per Iaso. in d.l.admonendi. in col. xvj.in fin.& sequent. & de duabus primis limitationibus se remittit ad Bart. & ipse addit alias quinq;. Et vide in materia huius regulæ quod habetur suprà,in regula consuetudo.la.j.

REGVLA CCCCXLII.

Literæ ad lites impetratæ sine speciali mandato, non valent, nisi impetrentur per coniunctam personam. Tex. est in c. nõnulli. §. sunt & alij. de rescript.

Amplia vij. modis, & limita octo modis, quarum vltimam limitationem limita sex modis, vt per Feli. ibi per xix. col.

REGVLA CCCCXLIII.

Literæ priores in data, regulariter præualēt. Tex. in c. capitulum. secundum communem intellectum. de rescrip. tex. in c. si duobus. cū glo. verbo non apparet. eod titu. lib. 6. tex. in c. eum cui. de præben. lib. 6. & ibi gl. quod tanquam regulare præsupponunt Doctor. in c. eam te. de rescript.

Amplia vno modo, & limita tripliciter, vt per Feli. in d. c. capitulum. col. iij. cum tribus seq. vbi primam limitationem ampliat vno modo, & limitat dupliciter.

REGVLA CCCCXLIIII.

Literæ ad lites surreptitiæ, non sunt nullæ ipso iure, sed ope. exceptionis. Probatur in c. si autem. & in c. plerunque. de rescrip. & doctor. tenent in c. cæterum. eodem tit. firmant domini de Rota in decisi. xiij. titu. de offi. deleg. in nouis.

Amplia vno modo, & limita vndecim modis, vt per Felin. in c ad audientiam. lo ij. col. 11. cum duabus seq. de resc.

REGVLA CCCCXLV.

Literæ beneficiales surreptitiæ, sunt ipso iure nullæ. Innocen. & communis opinio doctor. in c. ad audientiam. lo ij. de rescrip. vbi vide Felin. col. xiij.

Amplia tripliciter, & limita dupliciter, vt per eum ibi. & colum. sequent.

REGVLA CCCCXLVI.

Literæ plures ad diuersas ecclesias, sub eadem data impetratæ, non valent. Host. Ioan. And. Cal. But. Imo. & Abb. in c. in nostra. de rescrip. & est communis opinio secundum Feli. col. 2. ibidem contra glo. Inn. & Abb. antiquum.

Limita dupliciter, vt per Feli. ibi d. col.

REGVLA CCCCXLVII.

Litis conteſtatio in iudicijs. poſſeſſorijs, videlicet retinendę, adipiſcendæ, & recuperandæ requiritur. Tenet glo.& Barto. in l.j.C.ſi de momen.poſſeſ.glo.& ibi Ioan.And. Bal. Abb.& alij in c. conſultationibus. de offi.delega. & ita dicit communiter teneri Salice.in l.fin C. ſi per vim vel alio modo.& eam dicit communem ſententiam Alex.in l.naturaliter §.nihil commune.ff.de acquir. poſſ.in col.pen.qui multa allegat in materia.

Limita dupliciter, vt per Claudium Marmerium in repe.§.nihil commune.l.naturaliter.ff.de acquir.poſſeſ.in col.penul.quem in antep.col.vide ſingulariter loquentem circa ipſam principalem regulam, quas limitationes ante eum deſcripſit Ludo.Bologni. in repe. d.§.nihil commune.in col.pen.& habuerunt eas ab Alexan. ibi d.colum.penulti.

Primò in poſſeſſorio recuperandæ, in quo delegata eſt iuriſdictio iudici ad certum tempus limitatum, quia tunc poteſt procedi contra reum etiam lite non conteſtata. etiam ad diffinitiuam ſententiã. Ita limitat Io. And.in c.conſultationibus.de offi.dele.vt refert Bologni.& Claudius,vbi ſuprà poſt Alex.

Secundò, quando periculum eſt in mora,quia tunc non requiritur litis conteſtatio. Ita Bald.in l.incerti.C.de interdict. Sed hanc limitationem dicit non eſſe veram Alex.in d.§.ſecundum Bologni. vbi ſuprà, & vide nouiſſimè Ripam in d.§.nihil commune.in colũ. xxxiiij. & ſeq. vbi iſtam regulam ampliat duobus modis, & limitat alijs nouem.

REGVLA CCCCXLVIII.

Litis pendentię mẽtio fieri debet in reſcripto ad lites. glo. in c.prudentiam.§.ſexta.verbo,ob cauſam. de offi.delega. quam ibi valde no.Abb.col.3.gl.in c.vt debitus. verbo,dicar.de appel.

Amplia quadrupliciter & limita bis,vt per Felin. in ca. ſuper literis.colum.7.cum media ſequentis.de reſcrip.

Lite pendente. vide ſuprà,ius ſuperueniens.

DE LITERA M.

REGVLA CCCCXLIX.

MAIOR pars collegij, vniuersitatis, uel capituli quicquid facit, valet in rebus ipsorum l.quod maior.ff.ad municip.glo.in c.1. verbo tractatus.de reb.eccle.non alien.lib.6.glo.in c lemen.pastoralis.in prin.verbo, plures.de rescrip.Abb.ca. cum in ueteri.4.columna de electio.

Amplia uno modo, & limita 14.modis ut Feli.in c.cum omnes.col. 8.ad medium cum duabus seq.de constitutio.

REGVLA CCCCL.

MANDATO quantuncunque generali, nun quam intelligitur mandatum procuratori, quòd in debitum recipiat, aut illicitum faciat. Probatur ista regula in l.si procurator.ff.de conditio.inde.& in glo. c.dilecto.de pręb.vbi Imo.notat in col.2.

Amplia tripliciter, & limita octo modis, ut per Ias.in d.l.procurator.1.col.cum duabus sequen.

REGVL A CCCCLI.

MANDATI solennitas non præsumitur ex diuturnitate alicuius temporis? Notat Bald.in l.1.col.2.versic. sed pone quòd aliquis.C.de rebus alienan.& ibi Salice.idem Bal.in l.2.ibi, vsque ad mille annos. ff.si ex fal. instrumen. sequitur Alexan.in l.sciendum.in columna 5. e de verb.ob.

Limita dupliciter, vt per Fel.in c.sicut.de re iudica.col.16.

REGVLA CCCCLII.

MANDATVM procuratoris intelligitur ipso iure reuocatum, mutatione conditionis eius in deterius, puta si bannitus efficiatur, uel ribaldus.Tex.est in l.cum quis.vbi notat Bar.& in l.si cum cornelius. ff.de solutio.& in l.cum qui.§.qui filio. vbi Alexan.ff. de uerbo.obli. & in l.rogasti.§.si fugitiuus.vbi Ias.allegat alia iura.1.columna ff. si cert.pet.

Amplia & limita istam regulam quatuor modis, ut per Ias. d.§.si fugitiuus.

Primò idem in tutore l.pater hærede.§.fi.de testa.tute.

Secundò idem in executore vltimæ voluntatis.l.liberto.§. Largius.ff.de annuis lega.

Tertiò

Tertiò amplia, etiam si statum mutaret in melius. Alexan.& Iaf. post Bar.in d.§.si fugitiuus.licet Deci. contrarium teneat cum eodē Bar.aliàs sibi contrario.

Quartò amplia, ut etiam certioratio domini non requiratur. Bal. ibi.

Primò limita dictam regulam procedere quo ad debitores scientes conditionem mutatam secus si non scirent.

Secundò, limita, in mandato voluntario, secus in necessario, puta legitimi administratoris.

Tertiò limita, nisi vnū esset promissum principali, aliud adiecto ad solutionē, quia p mutationē status adiecti, principalis non reuocatur.

Quartò limita in procuratore simplici, secus si in rem suam.

REGVLA CCCCLIII.

MANDANS facere homicidium,& mandatarius, qui illud perficit, æquali pœna puniuntur. Notat Bart.in l.si quis mihi bona.§.sed quid si mandauit.ff.de acqui.hære.& in l.si pecunia.§.si seruus.ff.de condict.ob turpem cau.& Bal.in l.mandatum.c.manda.col.fin.quos refert & sequitur Alexan.in l.non solum.§.si mandato.ff. de iniur.

Ampl a istam regulā tribus modis,& limita aliis tribus ut per Ioa. Villenati in rep.l.diuus.ff.ad l.corne.de sica.in col.3.

Mandans.vide supra.in uerbo,dominus.

REGVLA CCCCLIIII.

MARITVS si ex forma statuti debet lucrari certam partem dotis,& vxor aliquid ei leget in testamento, tale legatum quamuis simpliciter factum, computatur in lucro talis statuti. Hanc dicit communem sententiam. Iaf.in auth.præterea.col.penul.c.vnde vir & vxor. Limita dupliciter, ut per eum ibi.

REGVLA CCCCLV.

MARITVS non potest concedere licentiam seu consentire vxori ut secum contrahat, casu quo mulier uigore statuti, fine licentia viri non potest contrahere, prout cauetur lege nostri regni Hispaniæ in l. Tauri. Ita concludit subtilis Didacus de segura in eleganti repetitio. § si vir.l.j.ff de acqui.poss fol.10. col.4. post medium.& uide docto. del castillo, in commento legum Tauri in l.55.in gloss.in verbo fine licentia.vbi refert.Rom.in l.pactum quod dotali.6.col.c.de collati. & Bar.in l.cum pater.§.libertus.ff.de leg.2.ad hoc quòd quando mulier contrahit cum marito, non requiritur licentia.

Limita quatuor modis, ut per eundem Didacum de Segura in d.loco, per totum fol.11.& seq.

REGVLA CCCCLVI.

MASCVLINVM, in contractibus nō continet fœmininū. ista est com.opi.prout testatur Iaf l.si quis id quod.ff.de iurisd.om.iudic. Limita quatuor modis,ut p Iaf.in d.l.si quis id quod.col.4.nu.23.

REGVLA CCCCLVII.

MATER meretrix,non potest filiam suam exhæredare,propter ipsius filię meretricium. ita Bar.Bal.& Fulgo.in l.in arenam.per text. ibi.c.de inoffi.testa quod ibi sequitur Iaf.in col.2.versi.4.nota.

Limita dupliciter,ut per eum ibi.in col.seq.quarum limitationum primam examinat.

REGVLA CCCCLVIII.

MATER, quæ filio suo impuberi infra annum tutorem non petiit priuatur eius successione.Text.est in §.fina.institu. ad Tertul i. & in l.sciant cuncti.c.de legiti.hæred.& probat text.in l.fin.c.si aduer.de li.& in l.matres.c.ad Tertullia.per locum ab speciali.

Amplia vndecim modis, & limita quatuordecim, vt copiose per Ioan.de Neuiza.in sua silua nuptiali.fol.7.col.2. cum duabus sequentibus,in nouiter verò impressa,in fol.39.& 40.

Adde vltra eum decimam quinta restrictionem ad regula,quando mulier propter mortalitatem non posset adire iudicem,quia tunc excusaretur.ita notat Bar.in l.interdum.in prin.ff.de iudic.

REGVLA CCCCLIX.

MATRIMONII causa uel similis, potest per secularem iudicem tractari,quando quæstio facti incideret, secus si iuris?Voluit Bar.in l.Titia.ff.solu.matrimo.in lectura antiqua.& in l.omni nouatione cessāte. c.de sacros.eccl.& in l.quoties.c.de iudi. & Abb. vbi dicit quòd ista opinio videtur magis communior in c.cum sit generale.de foro.competen.in col.6.& vide Alex.in d.l.Titia col.3.& 4.vbi plures refert idem sequente,& hanc dicit communem opinionem,licet aliqui contrarium teneant.

Limita decem modis,ut per eum ibi in d.col.4.cum seq.

REGVLA CCCCLX.

MEDICINAM recipiens à Iudæo,peccat mortaliter. Est text. in c.nullus.28.q.1.quem not. Doct.ad hoc in c.1.de Iudæ.

Limita dupliciter,ut per Feli.in d.c.1. in fine.

REGVLA CCCCLXI.

Medici, uel alii periti, qui de peritia artis debent deponere, debent esse saltim duo? Probat text. in c. significasti. el 2. de homi. iuncta regula pluralis. de reg. iur. lib. 6. notant Bar. & Bal. in procemio. ff. in fine prin. Sali. in l. comparationes. c. de fide instrumen. Ang. in auth. de non alien. §. quod autem. colla. 2.

Limita tribus modis, ut per Felin. in dicto cap. significasti. el 2. columna secunda, de homic.

REGVLA CCCCLXII.

Metvm, aut turpitudinem commissam in tractatu, purgat solutio spontanea sequens. Probatur ista regula in l. 2. c. quod met. cau. & in l. si ob turpem. ff. de cond. ob tur. caus. cuius rationem assignat glo. in d. l. 2.

Limita sex modis, ut per Iaso. in d. l. si ob turpem. in col. 2. & 3.

Metus. uide infra, in regula, patris.

REGVLA CCCCLXIII.

Militia non est dignitas, probat tex. in l. si quis in conscribendo. c. de pactis.

Limita tripliciter, ut per Ias. ibi, in col. 2.

REGVLA CCCCLXIIII.

Minimvm quod est, in dubio censetur esse in legato. Tex. est in l. qui concubinam. §. j. & in l. nūmis. ff. de leg. 3. in l. si ita. ff. de verbo. obligatio. & in l. apud Iulianum. §. Seyo & in l. si ita sit scriptum. ff. de lega. j.

Limita tripliciter secundum Ias. in d. l. si ita sit scriptum. col. iii.

REGVLA CCCCLXV.

Minor viginti annis, non admittitur ad probandū in causis criminalibus. Text. est in l in testimonium. ff. de testi. & in §. testimonium. iiii. q. iii. Sed habes Hispane text. in l. ix. titu. xvi. iij. par. qui in causa accusationis exigit, quòd testes xxv. annum compleuerint, & idem in causa inquisitionis, quam rex præcipit fieri contra aliquem de delicto mortis, mēbri. vel relagationis pœnā infligente infamatū.

Limita primò, quando aliæ probationes haberi non possunt: vt puta si duo minores viginti annis viderunt aliquod delictum, & alii nō, quia tunc admittitur, ita tenet Alberi. in d. l. in testimonium. & Iol.

And.

And.in addi.ad Specul.in titu.de teste. ver. item excipitur quòd est impubes,quod dicit pulchrum & vtile Iasin l.fi.col.fi. C.de his qui. vt indig. Aduerte tamen an obstet huic dicto, quod habes infra in regula incipiente testes qui aliàs non sunt idonei.

REGVLA CCCCLXVI.

MINORI etiam pupillo currit præscriptio conuentionalis procedens ex contractu defuncti, sicut cucurrisset contra defunctum,siue spe restitutionis. Casus est in l. Aemilius. ff.de minori. & in l.ea quæ à patre.C.de resti milit.notant doct. in l.fin. C.in quibus cau.in integ.resti.vbi Paul.in vlti.col.assignat rationem, & est gloss.in l.si cum militaribus C.de restitu.mili.

Amplia tripliciter.& restringe tribus modis,vt per Balb.in tracta. de præscrip.in vi.parte princ.in col xij.& seq.

REGVLA CCCCLXVII.

MINORI etiam pupillo currit præscriptio legalis inchoata cum defuncto,sed datur restitutio. Casus est in l.j.C.si aduersus vsucap.

Amplia vt procedat etiam contra existentem in vtero. l.etiam ei. & ibi glo.& Bart.ff.de mino.

Limita in præscriptione xxx.annorum, quæ etiam inchoata cum defuncto non currit contra pupillum, durante tempore pupillaris ætatis,sed interim dormit.Casus est in l.sicut.C.de præscriptio.xxx. anno.& ita Bal.ibi in fin.j.col.ponit Balb.supradicta.in dicto tract.de præscrip.in vj.parte.col.xiij.

REGVLA CCCCLXVIII.

MINORI non currit hodie præscriptio x. vel xx.annorum, vel minoris temporis, vt in l.fin.C.in quibus cau. resti. in integ.non est nec ef.& ibi doct.Vide Hispane l.viij.titu.xxix.parti iij.

Limita sex modis, vt per Balb.in d. tractatu præscrip. in vj.parte prin.col.xvj.& sequenti.

REGVLA CCCCLXIX.

MISSIO in possessionem ex secundo decreto, non fit in bonis pupilli, donec ad tempora pubertatis veniat: & in hoc creditoribus expectandum erit.Tex.est in l.apud Iulianum post princ.ff.ex quib. causis in posses.eatur.

Limita hanc conclusionem tripliciter,vt per Vldari.Zasi. in l.cōtra pupillum.col.ij.ff.de re iudi.

REGVLA CCCCLXX.

Modvs mixtus pendens ex facto honorati, & alterius tertii, si deficiat per factum illius tertii,vel per casum fortuitum mortis,nõ facit deficere legatum. Text.est secundum commu.lectu:am in l.si Titio.ff.de lega.j.vbi idem text.assignat rationem, quam ibi confirmat Iaso.nu.2. & 3.

Limita dupliciter hanc regulam, vt per eum ibi.

REGVLA CCCCLXXI.

Molendinvm habenti in parte superiori licet recolligere a. quam tempore siccitatis inuito domino molendini inferioris. Notat Bart.in l.quominus.ff.de flumini.xiiij.q.quia aqua quousque est in sua formula, propria est: vt in l.j.§.illud Labeo. ff.de aqua quotidia.& æstiu.

Limita quinque modis vt per Ripa.in rep.d.l.quominus.18.col.

REGVLA CCCCLXXII.

Monachvs non potest testamentum condere.Tex.in Authen. ingressi.C.de sacrosan.eccle.& in c.quia ingredientibus. cum sequẽ ti:xix.q.iij. Concordat lex vij.titu.j.v.parti.

Amplia semel,& limita sex modis,vt per Iaso.in d.Auth.ingressi, ij.col.vide Philip.in rubri.de testam.in vj.in col.xxxiij.& xxxv.qui dupliciter tantum limitauit hanc regulam.

REGVLA CCCCLXXIII.

Monachvs non potest agere nomine proprio. Ita concludunt Docto.in c.cum dilecta.de rescript.

Limita octo modis.vt per Felin.ibi in col.xxiij.cum tribus seq.

Monachus, vide infra,in verbo vsusfructus.

REGVLA CCCCLXXIIII.

Monitio requiritur ad incurrendam pœnam quãdo lex loquitur negatiuè,videlicet si non fecerit residentiam, si non fecerit inuẽtarium,vel quid simile:secus si affirmatiuè,vt si quis percusserit clericum,si accesserit ad monialem, quia tunc non requiritur monitio, Ista est aurea doctrina Inno.in c.extirpandæ.ante fin.de præb.quam ibi sequuntur docto.Eam dicit elegantem Alex.in l.ita stipulatus, la grande.in iij.col.ver.in contrarium autem.ff.de verb. obli. vbi vide in col.seq.Eam refert etiam post Bald.idem Alex.in l.si mora.in col: vj.versi.

vj.versi.subdit.ff.solut.matr.vide eundem Alex. in l.j.col.pen.C.de his quib. vt indig.& per Fran.de Aret:notab.in c. cum olim.de testi. v.col.& seq.dicit eam auream Feli.in c.j.col.iij.versi.quinimo plus. de consti.vide eundẽ in c.si autem.de rescript.ij.col.prope fin. Hip-pol.in l.vnius.§.cogniturum.in iiij.col. in princ. ff.de quæst.vbi refert plures eam commendantes. Hanc conclusionem dicit esse communem Siluester in sua summa, in verbo excommunicatio lo vij.in excommunicatione xx. versi.secundò dubitatur.

Limita primò, nisi esset appositum tempus ad incurrendam pœnam in facto negatiuo:quia tunc non requiritur monitio. Ita restringit Feli.in c.ij.de magist.col.1.post Bal.& Ancha.quos refert: quam limitationem tripliciter declarat.

Secundò fallit,nisi esset constitutio synodalis continens id quod ius commune,imponens facto negatiuo pœnam,quia tunc illa incurritur omittendo,sine monitione. Ita tenet Feli.in d.c.ij de magist.referendo Feli. de Sen.consi.cix.& Anto. in c.quoniam frequenter.§. fin verò.vt lite non contest.quos ante eum retulit Alex. sic restringendo dictam doctrinam in d.l.si mora. d.vj.col.qui loquitur in statuto. Et vide eundem Fel in d.c.si autem.in d.col.ij.

Tertiò fallit,quo ad Deum,quia quo ad ipsum,satis incurritur pœna,vel culpa,sine monitione. Ita restringit Felin. in d.c.ii.de magist. post Abb.quem refert in duobus locis, & vide eundem Felin.in d.c. si autem.in d.colum.ii.

Quartò notabiliter limita,quando illud quod non est factum,non habet in se aliquam verisimilem rationem executionis: quia tũc eo ipso quòd quis potuit facere, & non fecit, incurritur pœna absque monitione. Ita limitat Felin.in d.c ii.de magist.col.ii. versic.quartò limita post Abb.in locis per eum relatis.

REGVLA CCCCLXXV.

Moræ purgatio in conditionibus non admittitur:Notat Bal.in l.si super possesfione.in fin.C.de transa.per tex.in l. Thais.§.intra.ff. de fideic.liber.not.Ias.per eandem l.in l.j.C.de insti.& substi.col.4.

Limita duobus modis,vt per eundem Ias.ibi,qui huic regulæ assignat duas rationes.

REGVLA CCCCLXXVI.

Moræ purgatio non admittitur,quando executio est facta à lege,vel ab homine.Tex.est in l.si is cui.ff.de le.ij.tenet Bar.in l.si insulã.in iiij.q ff.de verb.obl. Ias.ex hac regula infert duo notabilia.

Limita hanc regu.dupliciter,vt per Ias.in d.l.si insulam. col.17.

REGVLA CCCCLXXVII.

Mora principalis debitoris, perpetuat obligationem fideiussorum.

rum.Tex.est in l.si seruum Stichum.§.nunc videamus. & in l.mora. ff.de verbo.obliga.

Amplia vno modo, & limita dupliciter, vt per Iaso. in d.§.nunc videamus. colum.j.

REGVLA CCCCXVIII.

Mvlta requirit nouam citationem: Notat Bart.in l.j.in fi.prin. ff.si quis ius dicen.non obtemp.& ibi Ang. in §.j.Anch.in c.j.de dolo & contu.in vj.& Archi.in c.certum.xj. q.iij.

Limita quatuor modis,vt per Feli.in c.j.de iud. in col.vi.

REGVLA CCCCLXIX.

Mvlier si iurauit non alienare in futurum rem dotalem, & postea alienet cum iuramento,nihil valet alienatio iurata, propter iuramentum primum.Glo.est singu.in c.licet mulieres. in gloss.fin.de iureiur.lib.vi.quam tenet Bar.in l.si prædium. C.de iure dot.& in l. si quis pro eo.in tertio membro prin.ff.de fideius. & vide Alexan.in l.duobus reis.§.idem Pomponius.ff.de iureiuran.vbi dicit quòd illa gloss. in terminis suis est magis communiter approbata. Eam dicit singu.Ias.in authen.sacramenta puberum.C.si aduers. vendi.col.17. in quinta limitatione, vbi eam extendit ad minores, & sic restringit d.authen.& allegat Doct.pro ea. Licet idem Ias.in §.item si quis postulante aduersario.in col.j.in fi.Insti.de actio. attestetur, & male, quod illa gloss.solet communiter reprobari:vide eundem Ias.in d.§.idem Pomponius.vbi ponderat & allegat contra dictam glo.quatuor decisiones,in quibus valet actus contra iuramentum prius præstitum celebratus,& tandem tenendo eam limitat tribus modis.

Primò,vt procedat in terminis suis, scilicet quando mulier iurauit non alienare rem dotalem, & sic iuramentum fuit præstitum super eo quod erat prohibitum à iure communi:quia tunc tale iuramétum quod concurrit cum prohibitione iuris communis, bene impedit actum secundum in contrarium factum quamuis iuratum.Ita limitat Io.de Imol.in c.dilecto. de præben. & in istis terminis procedit tex.in c.intellecto.de iureiu. qui solet allegari pro illa gloss.& ita limitat Ias.vbi supra.

Secundò limita, quia regula procedit quando ille cum quo celebratur alienatio,vel actus, sciebat talem actum fieri contra iuramentum prius præstitum:secus si ignorabat(prout in dubio præsumitur) quia tunc valebit actus,non obstante primo iuramento. Ita Ias. vbi supra,referendo Imo.in l.cum vir.in pen. chart.ff.de vsucap.& ante eum Io.Fab.Instit.quib.alien.licet vel non. in princ.refert etiam ad hoc Alexan.in consi.ccclxxxj.& vide addi.Alex.in d.§.idem Pomponius.qui refert aliquos pro ista limitatione.

Tertiò limita d.glo. quando iuramentum fuit præstitum à muliere in manibus patris,vel alterius cuius interesse poterat: aliàs si non iurauit in manibus alicuius, tanquam iuramentum sit nudum,nō impedit actum fieri. Ita limitat Bal.in d.§.idem Pomponius.vbi Ias.refert eundem Bal.alibi, & Alex.idem firmare, quibus limitationibus sic extenuata est d.gl.nimirum si vera sit.

REGVLA CCCCLXXX.

Mulier etiam pro filio suo non admittitur in iudicio ad defendendum:licet filius esset pupillus,Casus est in l.alienā.C. de procur. facit tex.in l.qui absente.eod.titu.& in l.neque fœminæ.ff. eod.

Limita nouem modis,vt per Iaso.in d.l.alienam. in j.& ij.col.

REGVLA CCCCLXXXI.

Mulier mortuo viro alenda est infra annum ab hæredibus viri,si non habet vnde alatur aliunde.Gl. est,quam cōiter ibi Doct. sequuntur in l.diuortio.in princ.in verbo, facto.ff.solu.matrimo.& in l.vna.§.exactio.in verbo,redimendis.de rei vxo.actio.C.

Limita dupliciter, vt per Iaso.in §.fuerat. in colum.vi.in princi. Insti.de actio.

REGVLA CCCCLXXXII.

Mulier non potest esse testis in testamētis?probat tex.in l.qui testamento.§ mulier.ff.de testa.in §.testes. Insti.eod.tit. vbi Faber ponit rationes.& in l.xvii.titu.xvj.parti.vi.

Fallit quatuor modis, vt per Deci.in l.fœminæ.ff. de regu.iur.nume.28.vsque ad 35.inclusiuè: quarum tres priores descripsit Doctor de Castello in commento l.iii.in parte siete testigos, immemor Decij, vbi supra.

REGVLA CCCCLXXXIII.

Mulier non possunt interesse ad statuta condenda:probat tex. & ibi not.Bar.in prin.l.j.ff.de legi.& sic in condēdis legibus, vel statutis non est exquirendum mulierum consilium ,propter earum fragilitatem:secundum Cyn.& Bald.ibi.

Limita tripliciter secundum Ias.ibi,in col.in fi.

Primò in comitissa,quia illa potest leges,statuta, siue consuetudines in suo territorio cōdere,siue introducere.Facit l.4.tit.iiii. par. 3.

Secundò, nisi ex speciali priuilegio mulier haberet iurisdictionē.

Tertiò in his quæ ad mulierum artem spectat:& iura quæ allegāt breuitatis causa non transcribo.vide per te.

REGVLA CCCCLXXXIIII.

Mvtvs & surdus insimul à natura, non pōt testari, nec vltimam voluntatē cōdere. Regula est tex. in l. discretis. C. qui testa. face. pos. vbi eam ponit Ias. Habes Hispane tex. in l. xiii. tit. j. vi. parti.

Limita tripliciter, vt per Iaso. ibi, in j. & ij. col. vbi quamlibet limitationem examinat.

DE LITERA N.

REGVLA CCCCLXXXV.

Negans de mendacio conuictus, sæpè priuatur iure suo. Probatur ista regula per text. in l fin. ff. de rei vendica. cui consonat lex iii. titu. iii parti. iii. & dicta per Abb. in c. cæterum. de iudi. penul. col. post Inno. & per Ias. § omnium. col. iii. de acti. insti. vbi inter alia refert notabile dictum Ange., quòd si emphyteuta negat rem esse emphyteuticam, & de mendacio conuincitur, priuatur iure suo.

Limita quinque modis, vt per Feli. in d. c. cæterū. pen. col. de iudi.

REGVLA CCCCLXXXVI.

Negatio reddit rem dubiam. l. iii. C. quibus ad liber. procla. non licet. gl. in c. j. de offi. deleg. lib. vi glo. magna in medio in c. veniens. de renunciat.

Limita hanc conclusionem quatuor modis, vt per Felin. in c. corā col. iii. de offi. delega.

REGVLA CCCCLXXXVII.

Negatio quando præcedit verbum potest, inducit necessitatē præcisam, & priuat potentiam: Est gl. ordinaria in c. j. de regu. iur. in vi. tenet Bar. in l. de his. ff. de transa. Bal. in l. j. C. qui admit. in penul. col. & ponit hanc conclusionem Ias. allegando illā glo. in l. i. in prin. ff. de verb. obli.

Limita primò, quando talis negatio poneretur ab eo, qui non habet potestatem priuandi potentiam.

Secundò, quando resultaret absurdus intellectus. Ponit has limitationes Ias. in l. Gallus. in princi. col. v. ff. de liber. & posthu. quem vide prius notabiliter in col. anteced. pro ipsa regula.

REGVLA CCCCLXXXVIII.

Negativa fundans se agendo, siue excipiendo tenetur illā probare

bare Bar.in l.in illa stipulatione ff.de verb.obli.postınn.in c.super his.de accusa.& ita communiter tenetur secundū Alex.in d.l.qui allegat mu'tis concordantias:& sequitur ıaso.in l.quarta.§. condemnatum.ff.de re ıudi.col.ii.

Limita quinque modis,vt per ıas.in d.l.in illa.v.col. cum duabus seq.quem vide allegantem plures tex.& in eis Barto.& alios pro ipsa regula prin.

REGVLA CCCCLXXXIX.

NIHIL additum tale,facit rem desinere esse talem. Exemplū est in homine,quia licet ab infantia crescat, & augeatur, semper est idē homo:& in grege.in populo, & simil. Istam regulam describit, declarat, & septem modis limitat Alberi. Brun.in tracta. de augmento & dimi. monetarum. fol.vii. colum.iii.versi.quarta conclusio.cū quatuor sequen. col.

REGVLA CCCCXC.

NOMEN delinquentis designandum est,vt certi hominis factum arguatur:Probat tex.ex quo ibi notant Bal.& Flori.in l.licet.§.possumus.ff.nautæ cau.stab.

Limita tripliciter,vt per Feli.in c.auditis. col.xv.nu.27. ad fin.de præscrip. Primò, nisi probetur per testes, ꝙ aliquis qui est captus commisit maleficium,licet ignoretur eius nomen.

Secundò limita,quando accusatus,quamuis non sit pręsens,habet notabile signum,in quo errari non potest.

Tertiò limita,nisi agatur actione quod metus causa, ad recuperandam rem, & probaretur de violentia illata à pluribus; vel de nocte, quia licet nomina vim inferentium ignorentur,obtinebit.

REGVLA CCCCXCI.

NOMINATIS contractibus,etiam re integra, non est locus pœnitentiæ,vt resoluatur contractus, sed bene debet agi vt impleatur: vt in l.sicut.C.de actio.& obli.& in l.commodato.§.sicut.ff.commoda.iuncta l.inciuilem.C.de rei vendi.

Amplia dupliciter, & limita tribus modis, vt per ıas. in l.si pecuniam.in v.& vi.col.ff.de condi.ob cau.

REGVLA CCCCXCII.

NOTARIVS, si in instrumento mutui apponat verbū numerauit,& probet ꝙ tēpore celebrati cōtractus nulla pecunia fuit numerata,potest puniri de falso,nec pōt aliquo modo excusari.Bar. notat

 in l.

in l.fingularia.col.vii.ff.si ver.pet.quæ doctrina est communis secundum Deci.ibi. fin.col. & totus mũdus eum sequitur secundũ Iaſ.ibi, col.xvii.nu.48.contra eundẽ post Iaco.in l.prædicta.ff.de acqui.poss.

Amplia vno modo,& limita quadrupliciter,vt per Iaſ.vbi ſupra. Ampliatio eſt,quòd doctrina Bar.nedum procedit quando nulla apparuit pecunia,ſed etiam quando apparuit,in burſa tamen,vel in ſacculo,non tamen numerata fuit.Bal ſingulariter in rub.C. de fidei.instru.iiii.col.quod alibi in ſpecie Iaſ.dicit,vbi ſupra non legiſſe.

Limita primò ſingulariter.niſi conſuetudo, & ſtylus notariorum eſſet apponere verbum numerauit, quando partes confitentur, licet pecunia non fuerit numerata:quia talis conſuetudo excuſaret:& refert alias defendiſſe Notarium Placentinum à falſo. Allegat Bald.in tribus locis,& confirmat hanc limitationem optimè.

Secundò limita hanc regulam , vt non procedat quando notarius atteſtatur in inſtrumento, quòd vidit in præſentia ſua pecuniã actualiter numerari, antequam eſſet rogatus à partibus de confectione inſtrumenti, quia tũc tanquam priuatus vidit, non tanquam notarius, & ideo non poteſt de falſo puniri. Verba ſunt ſingularia Bal. in l. ex his verbis.ij.col.de teſta.mili. vbi refert iſtam doctrinam eſſe Inno. in c.quoniam contra.de proba.

Tertiò limita hanc regulam non procedere , quando notarius fuit rogatus cõficere inſttumentum de conſilio ſapientis,quia tunc excuſatur.Bal.in ſimilibus terminis.in l.captatorias.de teſta.mil.C.

Quartò limita & vltimò non procedere,quãdo notarius in inſtrumento mutui diceret, quòd Titius fuit confeſſus accepiſſe & habuiſſe centum à Sempronio dante,& numerante:quia tunc licet probetur quòd nulla numeratio fuerit, tamen notarius non poſſet puniri de falſo, quia iſta verba cenſentur verba confeſſionis partium. Notat Bal.in l.j.circa viii.col.C.de confeſ.& alibi, vt per Iaſ.vbi ſupra.

REGVLA CCCCXCIII.

Notarius , ſi nõ cõmiſit falſum,ſed aliter deliquit,'ex quo eſt effectus infamis,valebũt inſtrumẽta cõfecta per eũ. ita Bar.in l. 3.ff. ad l.iul.repe.Sequit Abb.& Ancha. in c.fraternitatis.de hæreti.

Limita iiij.modis,vt per Fel.in d.c.fraterni.col.ii. verſi.fallit ij.

REGVLA CCCCXCIIII.

Notarius qui commiſit falſum , perdit poteſtatem conficiẽdi inſtrumẽta.Tenet Inn.in c.fraternitatis.de hæreti.ꝓbat in l.ſi aliq. C.de ſuſcep.& arca.lib.x .no.gl.ĩ l.ſi quis ex argẽtariis.§.i. ff.de edẽ.

Amplia & in inſtrumẽta ad pias cauſas:Tenet Bal.& Imo.in l.in fraude.§.ſi quis.ff.de teſtam.milita.

Limita decem modis,vt per Feli.in d.c.fraternitatis.de hæreti.ij. & iij.

& iij.col. vbi etiam refert & sequitur suprascriptam ampliationem, & vide Ias.in l.Barbarius.colum.antepen.ff.de offi.præto. vbi ponit quinque limitationes, & ponit regulam in notario condemnato de falso.

REGVLA CCCCXCV.

NOTITIA vndecunque sufficit, quando nō præiudicatur parti, nec arctatur is cui fit intimatio, aliàs debet fieri cum solemnitate, de qua in clem.causa.de elect. Hanc conclusionem colligit Felin. in c.cum contingat.col.5.de rescrip.

Limita dupliciter, vt per eum ibi.

REGVLA CCCCXCVI.

NOTORII ratione iudex aliàs incompetens, non fit competens. Istam regulam ponit Feli.pro qua ponderat tex.ibi. in ca. at si clerici.in ij.colum.de iudi.

Limita dupliciter, vt per eundem Feli.ibi.

REGVLA CCCCXCVII.

NOTORIVM licet releuet ab onere probandi, secus tamen ab onere proponendi. Ita gl.singularis in clem.appellanti.de appella.facit tex.in l.si adulterium cum incestu.§.idē Pollioni.ff. de adulte.Feli.& Doctor.post glo.in c.super literis.de rescrip.Abb. & scriben.post glo.in c.si duobus.de appell.scriben. post gl.in c.veniens. de appellatio.

Limita istam regulam septem modis, vt per Felin. in c.cum ordinem.col.8.de rescrip.

REGVLA CCCCXCVIII.

NVLLITATI sententiæ potest quis pacto renunciare, & sic se astringere, vt de ea non possit agere vel excipere. Ita notat Ange.in repet.§.qui prouocauit.in l.tale pactum.ff.de pact. in colum. xvj.versi.iuxta prædicta quæro. & consuluit idem in con. cxcvij.incip.A,& B.facit tex.& glo.in l.si creditoribus.C. de seruo pign.da. manu.facit quod notat Bar.l.properandum.j.col. in fi.C. de iudica. & Imo.in ca.penul.in col.fi.in prin. de iudi.

Limita in quatuor casibus, vt per Phil.in c.dilecto.de appel.in colum.xxxij. in q.l.

DE LITERA O.

REGVLA CCCCXCIX.

OBLATIONES non tenentur facere Christiani ex præcepto, nec ex debito in dominicis diebus, vel festiuis, in ecclesijs parochialibus, nec in alijs. Ita concludit sanctus Thom.2.ij.in qō. lxxxvj.in artic.j.quem refert & sequitur Calcaneus in consi.lvij.in col.penul.in fi.de quo per Io.And.& Card. Floren.in rub. de parochi.& vide l.2.& 4.tit.xx.parti.2.

Limita in quatuor casibus, vt per sanctum Tho.vbi supra, quos remissiuè sequitur Calca.in loco iam alleg.& ponit Abb. in d.rubr.de paroch.& Syluester in verb.decimæ.§.2.quęritur.

REGVLA D.

OBLIGATIO vel onus augetur, aucta re, ex qua, vel ꝓpter quam aliquid debetur. Probatur ista regula in l.& contra.ff. de vulga.& pupilla.notatur in l.paterfa.§.duobus.ff. ad leg. Fal.descripsit eam, corroborat & limitat sex modis Alber.Bruni in tract.de augm. & dimi.mone.fo.xiiij.colum.j.cum duabus sequen.versi.decimatertia conclusio.

REGVLA D.I.

OBLIGATIO est mater actionis.glo.est Institu. & actio. in princ.in verbo, actio.in medio glo.

Limita dupliciter vt per Iaso.ibi, in colum.2. versicu. ista tamen conclusio.

REGVLA D.II.

OBLIGATIO dandi in contractibus innominatis succedit ad interesse, nec est præcisa.Tex.in l.naturalis.§.j.ff.de præscr.verb. & in l.j.ad fi.ff.de rerum.permuta.glo.in l.cum precibus.C. eod.ti. gl.in l.vnica.C.de sent.

Amplia vno modo, & limita dupliciter, vt per Iaso.in l.stipulationes non diuiduntur.xiiij.col.ff.de verb.obliga.

REGVLA D.III.

OBLIGATIONIS conditio nō mutatur per personarum mutationem. Tex.in l.2.§.ex his.ff.de verb.obl.& in l.exequutione

§. pro

§.pro parte.eo.ti.& in l.2.C.de fruct. & lit.expen.

Limita duobus modis, vt per Iaſ.in d.§.ex his.col.2.nu.3.

REGVLA D. IIII.

Obligatio ad intereſſe,& ſic ad pecuniam, dicitur eſſe diuidua, & ideo contra quemlibet ex hęredibus promiſſoris agi debet pro portione hæreditaria. Text.eſt vbi notatur in l. ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verbo.obligat.

Limita dupliciter,vt per Iaſ.in d.l.ſtipulationes.col.2.num.7.vbi primam dicit ſingularem.

REGVLA D. V.

Obligationibus dandi,non ſuccedit obligatio ad intereſſe,ſed obligatus tenetur præcisè dare, & ſic dominium transferre Text. eſt qui ad hoc ſecundum Iaſo. ibi tota die allegatur, in l.fundi.§.hæc ſtipulatio.ff.de verbo.obligat.tenet Bart. in l.ſtipulationes non diduntur.& in l.vbi autem.eod.ti.

Limita octo modis, quarum ſex limitationes ponit Iaſ. in d.l. ſtipulationes non diuiduntur.colum.15. alias duas ponit idem Iaſo. in d.§.hæc ſtipulatio.col.j.

REGVLA D. VI.

Obligationibus facti,non tenetur quis præcisè ad factum, ſed ſoluendo intereſſe, liberatur.Tex.eſt in l. ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.obli.& in l.ſi quis ab alio.ff.de re iudi.

Limita quatuor modis,vt per Iaſ.in d.l.ſtipulationes.col. antep. vbi dicit ꝙ alias quatuor limitationes ponit Alex.ibi,& alias quinq; Bal.in addi.ad Spec.tit.de intereſſe.verſic.& nota ꝙ aut merum factum. & dicit ꝙ alio modo limitat Roman. in qua limitatione licet non fuerit auſus deciſiuè ſe affirmare, refert tamen Abb. in duobus eam tenentem contra Anto.

REGVLA D. VII.

OCCIDERE alium eſt licitum etiam pro rerum defenſione. glo.eſt in l.vt vim.ff.de iuſtit.& iur.notat. Bald.in l.furem.ff.ad l.Corn.de ſicar. Hanc opi. approbat lex noſtri regni, in ord.re.lib. viij.titu.xiij.l.iiij. Hanc ſententiam tenet Ioan.Villemari in repeti. l.diuus.ad l. Corn.de ſicar.ff.col.6.& vide Silueſtr.in ver.excommunicatio lo.6.in 4.not.ver.ix.

Amplia tripliciter,vt per Iaſ.in d.l.vt vim.in 5.col.verſi.in gl.ibi. & vide Ioan.Villemati vbi ſuprà, qui ampliat dupliciter.

Limita quatuor modis, vt per eundem Ias. vbi suprà, in colum.6. quem vide pro ipsa regula in d.v.colum. vbi aliqua ponderat contra eam post Anna. in c.ij.& in c.suscepimus, de homici. & tandem residet in opinione dicta glo. quæ est communis secundum eum. Sed opinionem Ioan.de Ana. in locis supra allega. defendit, & sustentare videtur Fortunius Garcia de Eralla, præclari ingenij, Hispanus Doctor nunc, & meritò vnus ex consiliarijs Cæsaris inuictissimi, ac catholici regis nostri in militarium ordinum consilio ac ob eius magnam iuris peritiam, prudentiam, ac virtutum copiã, quas ipse sum sæpius expertus, omni honore, ac extimatione dignissimus, in d.l.vt vim. in col.6. cum tribus seq. vbi etiam respondit fundamenta. Ias. adductis pro communi, & vide Iaco.Boulle. in repeti.§. famosos.l. capitalium.ff.de pœn.fol.xv. cum duobus seq. vbi etiam decem fundamentis confirmat opi. Io.de Ana. & respondet ad fundamenta vrgentia pro contraria parte & residet in opinione prædicta, licet dicat quòd opinio glo.& Bart. est communis, & vide Philip. in d.l.vt vim. in col.x & sequen.

Occidere vide supra, animus.& in verbo, consulens. & infra, rebannitus.

REGVLA D. VIII.

OFFICIALES non possunt mutuare, nec alios contractus facere, durante officio eorum. Tex. in l.principalibus.ff. si cert.peta. vbi vide per gl concordantia iura.

Amplia hanc regulam vnico modo, & limita.x.modis notandis.& bene discussis, vt per Ias. in d.l.principalibus.per iij. priores colum.

Officialis. vide suprà, dominis.

REGVLA D. IX.

OFFICIO iudicis præscribitur spatio triginta annorum: Notat glo. in l.sicut C.de præscrip.xxx.vel xl.annorum. in verbo, persequutione.& in l.querela.C. de falsi.

Primò fallit, quando officium iudicis succedit loco exceptionis, quia tunc est perpetuæ vitæ.

Secundò fallit, quando officium habet causam ex iure, quòd in futurum semper instat.

Tertiò fallit ratione subiectæ materiæ, pro qua competit, quia secundum eam aliquando prorogatur in longius. aliquando durat breuius. Iura & alia in fauorem huius regulæ & restrictionum suarum vide per Balbu. in tracta.de præscri. in iiij par.partis princip. in xxx. q.princip.per.2.col.

Regula

REGVLA D.X.

Offiocivm iudicis poteſt implorare, timens ab aliquo offendi, ut ipſum compellat ad præſtandam cautionem. ita Bar in l. illici tas. §. ne potentiores. ff. de offi. præſi. & in l ſanctum. ff. de rerum diui. & in, l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. confu. & in l. qui bona. §. dam-ni. ff. de dam. infe. & ibi Ange. Bald. in auth. habita. C. ne fil. pro pat. & in l. fin. ff. de offi. præfect. vigil. Abb. Panor. in rub. de treu. & pace. ubi Feli. col. 5. nume. 10.

Limita & declara iſtam regulam 9. modis ut per Felin. in d. rub. nume. 10. col. 5. & duabus ſequ.

REGVLA D. XI.

Officio duplici poteſt quis fungi extra iudicium, uel iudicio iu riſdictionis voluntariæ, vbi non eſt impedimentum iuris uel facti, iſtam regulam tradit Feli. in c. ex literis. de probatio. in 4. columna, quam ibi limitat 4. modis.

REGVLA D. XII.

Onvs non augetur aucta re, circa quam, uel in qua aliquid oneroſum uerſatur, uel debetur. Iſtam regulam tradit Albe. Brun. cum quinque limitationibus, in alleg. tract. de augmen. & diminu. moneta. fol. 13. 14. & ſequen.

REGVLA D. XIII.

Opem præſtans punitur ut faciens, gloſſa in clemen. j. in ver. defenſauerit. de pœn. Doct. vbi allegat iura in c. j. de offi. delega.

Amplia tripliciter, & limita ſeptem modis, ut per Felin. ibi, columna quinta, & ſequen.

REGVLA D. XIIII.

Opinio vltima uidetur approbari, quando ſtatutum, glo. vel doctor plures opi. enumerat, Not. Bal. & Ang. Lex, tex. ibi in l. ſi idem cū eo. §. fin. de iuriſdi. om. iu. ff. probat gloſſ. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Treb. no Bar. in l. ſi bona fides. ff. depoſi. per illum tex.

Limita tripliciter, ut per Iaſ. in d. §. fin. quem refert deſcribendo eaſdē limitationes Ioan. de Neuiza in ſua ſilua nuptiali, fol. 20. col. fi. & in earū duabus vltimis copioſius alleg it, quam ipſe Iaſ. & vide eū dem in eadem ſilua nupt. nuper hoc Anno. 1524. impreſſa, in fol. 116. in 3. ubi dictis tribus limitationibus addit alias duas.

REGVLA D. XV.

ORDINARIVS vnus ex duobus datis insimul potest sententiam interloquutoriam ferre sine alio. Gl. est, quæ sic communiter intelligitur secundum Alex. ibi, in col. 2. in l. si uni. ff. de re iudic. uoluit Bal. in l. cum magistratus. C. quando pro. non est neces. fin. col.

Limita dupliciter secundum Alex. ubi supra, quas limitationes transcripsit Felin. de Alexan. non faciendo mentionem in c. causam matrimonij. de offic. delega. in prin.

Primò, in interloquutoria habente, uim diffinitiuæ, & hæc limitatio fuit Bar. d. l. si uni.

Secundò, quia non potest talis ordinarius sine alio citare ad audiendam sententiam diffinitiuam. ut per eos, ubi supra.

REGVLA D. XVI.

ORDINARIVS vnus ex pluribus procedere potest, quia habet insolidum iurisdictionem. Tenet Bal. in l. j. ff. de offi. proconsul. Abb. in c. prudentiam. super glo. uerbo, teneatur. de offic. delega.

Limita tripliciter, ut per Fel. ibi, colum. 1.

REGVLA D. XVII.

ORDINARIVS potest causas meri uel mixti imperii delegare ex causa infirmitatis, sicut ex causa absentiæ. Communis est conclusio Doct. in. l. j. ff. de offi. eius cui man. est iuris. & ibi ita dicit communiter teneri Ias. in prin. in col. pen. pro qua opinione ipse aliqua adducit. licet Ful. ibi, & Roma. aliter sentiant. Et tu Hispane poteris extendere cum ista regula l. 18. ti. 4. p. 3. quæ quando ordinarius uocatur a rege, uel iustè abesse debet, permittit talium causarum delegationē.

Amplia dictam conclusionem, non solum si infirmitas sit propria ipsius iudicis, imo si sit filiorum uxoris, uel suorum. Argu. glo. in c. cō munis. in uerbo, suorum 23. distin. quam glo. commendat Abb. in ca. querelam. in 1. col. de procu. & Alex. in l. quæsitum. ff. de re iud. & per illam gloss. motus ita in specie extendit istam regulam Ias. in d. l. 1. in prin. col. fin. licet non referat prædictos doct. illam commendantes.

Limita quatuor modis. ut per eundem Ias. ubi supra.

DE LITERA P.

REGVLA D. XVIII.

PACTVM nudum non vestitur calore iudicij, ut in l. siue apud acta. C. de transact. & in l. si præcedenti. §. Lucius. in uerbo, pactus. ff. manda.

Lim

Limita dupliciter, ut per Ripam in l. 1. in prin. in col. 3. nume. 22. ff. de verbo. obliga.

Primò, ut non procedat in casibus, quibus pacto nudo promittitur aliquid, quod tendat ad coadiuuandum iudicium, ut puta, de iudicio sisti, de iudicato soluendo, & de expensis restituendis, quod declara, ut per eum ibi.

Secundò limita. in pacto nudo habente implicitam confessionem de iusticia, sententiæ contra se latæ.

REGVLA D. XIX.

PACTVM de litigando coram incompetenti iudice, non facit illum competentem, & paciscens conuentioni stare non cogitur. Text. est in l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iud.

Limita decem modis, ut per Alex. ibi, col. 1. cum 2. sequen.

REGVLA D. XX.

PACTVM initum inter partes, ut non liceat appellare, ualet. l. 1. §. 1. ff. à quib. appel. non licet. l. fi. §. fi. C. de temp. appel.

Limita dupliciter, ut per Ioan. Crot. in repet. l. nemo potest. ff. de lega. 1. in col. 24.

Primò, in causa criminali. Allegat glo. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & Bal. in d. § fi. col. 1.

Secundò, in procuratore etiam habente mandatum cum libera. Allegat Bal. vbi supra. & Ang. in d. §. 1.

REGVLA D. XXI.

PACTVM factum ab ingrediente monasterium de retinendis bonis proprijs, non ualet, & ingressus remanet purus. Glo. est in Authē. ingressi. C. de sacrosan. eccl. & in Auth. de monach. §. illud colla. 1. & in l. si pater. la 1. in glo. 2. ff. de adop. & in c. solet. 32. q. 2. tenet Inno. Host. Ioan. And. & Anto. in cap. fin. de conditio. apposi. vbi hanc dicit Anto. communem opi. & idem dicit Inno. in c. cum M. de consti. uide omnino Iaso. qui refert quinque opiniones in hoc, & tandem ita concludit in d. auth. ingressi col. 5. cum tribus seq.

Limita supra scriptam communem sententia tripliciter, ut per eū dem Iaf. in d. auth. colla. 8. circa fin. & seq.

REGVLA D. XXII.

PACTVM de nō succedendo nō ualet. Tex. in l. ex eo. C. de inutil. stipula. & in l. cum donationis C. de transact. & in l. fin. C. de pact. & in l. pactum quod dotali. C. de colla. Geor. Nata. in repet. c. quamuis pactum. col. 15. de pact. lib. 6. vbi ponis tres rationes.

Limita

Limita lex modis, ut per eum ibi. Primò, ubi tale pactum à statu to uel consuetudine esset approbatum. ita singulariter Bal. in l. cum Archimedoram. C. vt in possessio. legato. per c. mulier. & per c. filij. si de feudo sue. contro. inter dom. & agnat. vide tamen Geor. ibi qui in contrarium allegat Bal. & moder. Bononienses, in quorum opinione residere uidetur, & respondet ad fundamenta Bald. in d. l. cum Archimedoram.

Secundò fallit in militibus tendentibus ad bellum, inter quos valet pactum de inuicem succedendo l. licet. C. de pac.

Tertiò fallit ad pias causas, secundum Bal. singulariter in l. fin. C. de pact. quia si valet fauore armatæ militiæ, ut prædixi, fortius valebit fa uore cœlestis militiæ. l. milites, cum glo. C. loca. & est glo. in l. miles. §. 1. ff. de re iudi. Et uide eundem Geor. ubi supra, allegantem Roma. pro contraria opinione, & tandem saluantem Bald.

Quartò fallit, si pactum de succedendo est iuratum, secundum Bal. singulariter in c. moribus. si de feu. fue. contr. inter dom. & agnat. Vide tamen Geor. ubi supra, dicentem in contrario esse ueritatem.

Quintò fallit ubi pater, cui factum est pactum de succedendo, inte status decederet, nam inter liberos tale pactum erit seruandum, quia inter ipsos non refert quomodo pater uel per epistolam, uel aliter, declaret suam uoluntatem, ut secundum illam filij succedant. l. fina. C. fami. hercis. quod est singulariter notandum, si ponamus quòd pa ctum contineat filios debere succedere portionibus inæqualibus, & sic aliter quam ab intestato successissent, quo casu filij ex pacto succe derent, non autem æquali portione.

Sextò & ultimo fallit, ubi per tale pactum de succedendo, directo non tollitur facultas testandi, sed reseruatur alia forma disponendi de bonis. per tex. in l. quidam cum filium. iuncta glo. magna, circa finem. ff. de verb. obli. secũdũ Ludoui. in d. l. stipulatio hoc modo. in col. 12.

REGVLA D. XXIII.

Pactum de succedendo non obstante ingratitudine inter patrem & filium valet. Text. in l. omnimodo. C. de inoffi. testamen. & tenet Georgius Nata. in repeti. c. quamuis pactum. de pact. libr. 6. columna xvij.

Limita tripliciter hanc regulam, ut ibi per eum.

Primò fallit ubi non remitteretur ingratitudo præterita. sed futura, puta si dicatur quòd non obstante ingratitudine committenda, filius succedat patri, quia tale pactum inuitat ad delinquendum, ideo non ualet. l. conuenire. ff. de pact. dota. l. quidam decedens. ff. de admi. tu. c. ut famæ. de senten. excomu.

Secundò fallit in casu l. 2. C. de libe. & eorum lib. ubi liberto propter ingratitudinem in seruitutem reuocato, non potest remitti talis ingratitudo, nec a domino dari libertam principe inconsulto.

Tertiò fallit,quando non obstante tali remissione, virtute delicti commissi,ille remanet incapax hæreditatis in genere & iure succedēdi,per l.j.C.de hæred.institu.secundum Io.de Imo.& Gemi.hic.

REGVLA D.XXIIII.

PACTVM de hæreditate viuentis non valet. Text.in l. fin. C.de pact.& in l.quidam in iure.§.fin.ff.de donatio.Geor.Nata.in repe.c. quamuis.de pact.lib.vj.col. xviij.

Limita quinque modis vt per eum ibi. Primò si ille de cuius hæreditate agitur consentiret.d.l.fin.dummodo in tali consensu perseueret vsque ad mortem, vt ibi.

Secundò fallit, vbi fieret pactum super hæreditate incerti hominis.l.iij.ff.pro socio.

Tertiò fallit, vbi tale pactum disponendi de hæreditate, fieret in consequentiam alterius contractus liciti præcedentis. l. si seruum in princ.ff.de actio emptio.

Quartò fallit, vbi fieret tale pactum ad liberandum paciscentem: puta pater habet multos creditores, filius in vita patris dat certum quid creditoribus,hoc pacto, quòd ipsum non molestent, si contingat eum succedere patri.l.& eum.§.filius.ff.de pact.

Quintò fallit, vbi talis hæreditas veniret accessoriè: puta vendo hæreditatem,in qua erat annexa substitutio pupillaris,ac quam venditor sperabat venire ex pupillari,certè in hac venditione hæreditatis potest fieri pactum de hæreditate pupilli viuentis, quæ venit accessoriè.l.ij.§ illud.in ver.planè.in verbo, maximè. ff. de hæred.vel act.ven.& ita Bal.in d.l.fin.Vnde tamen eum ibi, qui cōtra hanc limitationem facit ponderationē quandam,& cogitandum relinquit.

REGVLA D.XXV.

PAPA ex causa potest interpretari ius diuinum, constitutione vel rescripto,licet non in totum tollere.Text.in c.licet.de sponsa.& in clemen.præsenti.de censib.in c.quanquam.de censi.in vj.& in c.non minus.de immu.eccle.Ioan. And.in c.cum ad monasterium.de statu monac.& in regula,semel Deo.de regu.iur.in vj.Felin. vbi plura,& ibi referens sanctum Thomam,in cap.quæ in ecclesiarum.de constitutio.col.v.numero.xix.

Limita tripliciter ꝑ Phil.Dec.in d.c.quæ in ecclesia.nu.xv.col.v.

REGVLA D.XXVI.

PAPA restituit famæ clericos,& laicos subditos, alios verò non. Inno.& communiter omnes notant in c.cum te.de re iudica.Archi.& Dom.in §.hinc colligitr.ij.q.iij.sanctus Tho.ij.ij.q.68.art.vl.in fi.

Limita hanc regulam duobus modis, vt per Fel. d. c. cum te. 4. col. Primò, nisi casu quo papa indigeat isto infamato ad clericatum, quo ordinato cessat infamia.

Secundò limita, nisi restituat laicum non recognoscentem superiorem in temporalibus.

REGVLA D.XXVII.

Papa potest dispensare super quolibet iuramento, per viam cõmutationis, dispensationis, vel totalis relaxationis. Ista conclusio describitur à Fel. in c. ij col. vj. de spons. pro qua refert Specu. S. Thom. Card. Archi. Flo. Ant. Imo. & Abb. in c. quãto. de iurei. & plures alios.

Limita hanc conclusionem tribus modis notabilibus, vt per Feli. vbi supra, in vij. & viij. col. quam prius tripliciter declarat, & optime loquitur in materia.

REGVLA D.XXVIII.

Papae authoritas in iuramento, regulariter censetur excepta. c. venientes. de iureiur. Doctor. omnes in c. constitutus. de rescrip. vbi Feli. col. v. ponit aliqua dicta. quæ infert ex hac regula.

Amplia tripliciter, & limita quadrupliciter, vt per eum ibi, cum duabus sequenti.

REGVLA D.XXIX.

Partis, seu portionis appellatione, in dubio, intelligitur de dimidia. Tex. est in l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verb. signi. glos. in l. etiam. ff. de vsufruct.

Limita primò, nisi iungatur cum aliquo termino denotante minorem portionem, quia tunc illam tantum includit. Ita limitat Philip. in c. ij. §. statuimus. de deci. lib. vj. per tex. ibi, in princi.

Secundò limita, nisi verbum pars, vel portio, iungatur cum dictione aliqua, quia tunc verificatur in quilibet parte: vt est gloss. singul. in clem. j in verbo aut earum parte. de foro comp. quam dicit menti tenendam Abb. in c. super eo. de eo qui cog. consan. vxoris suæ. commendat etiam Corse. in suis sing. in singu. pars. dicit singularem Philip. vbi supra, & Feli. in c. significantibus. in vj. col. de libe. obla. post Abb. in c. pastoralis. de offic. deleg. ex quo sic limitatur prædicta regula. & vide Iaso. in l. j. col. iij. C. de pact. vbi refert aliquos docto. illam commendantes, & ibi ponderat vnum text. nouiter contra eam. vide eundem Ias. in l. generaliter. §. cum autem. col. iiij. C. de insti. & substitu. vbi etiam alios refert, & ponderat alium text. contra eam. Quam limitationem subintellige, quando subiecta materia patitur, quòd verbum pars, iunctũ verbo, aliqua, possit probabiliter ad quali-

bet

bet partem referri quæcunque sit:secus si non patiatur. Ita intelligit Soci.consi.liij.in iiij.vol.in iiij.col. in fin.

Tertiò limita ex glo.iij.in c.maiores.xv i.q. vij.quæ dicit,quòd si aliquis debet partiri,non intelligitur de dimidia, secus si debet pars dari. Ita restringit. Feli.vbi supra,in d.vi.col.

Quartò limita,nisi petantur duæ partes, quia non intelligitur de duabus dimidiis,sed de duabus partibus respectu tertiæ: Notat Domi.post Ancha in c.indemnitatibus.§.si verò. per illum tex.de elec. *in vi.* Ita limitat Felin.in d.vi.colum.quem vide: & vide Corset.in sing.supra alleg.

Quintò limita, nisi ex mente loquentis appareat, quòd appellatione partis,intendit includere minorem partem dimidiæ, vt probat tex.in cap.j de sentent. excommu.in vi. secundum Domi.quem refert Philip.in d.§.itatnimus.

Sextò limita, quia ratione incertitudinis quandoque comprehenditur totum,appellatione partis,vt in l.vxori,in princ. ff.de lega.iij. vbi dicitur,quòd si testator legat vxori domus partem,in qua *morari consueuit*,& testator tam tempore testamenti, quam mortis,totā domum in vsu habuit,tunc tota domus debetur ratione incertitudinis secundum glo.ibi. Ita limitat Philip.vt supra.

REGVLA D.XXX.

PARTEM non facit is,qui non admittitur ad partem, nec admitti speratur, ideo non impeditur ius accrescendi: Vt in l.planè.§.si duobus.ff.de lega.j.

Limita sex modis, vt per Ioan. Crotum in repet.l.re coniunêti.in col.xx.cum duabus sequen.ff.de lega.iii.

REGVLA D.XXXI.

PARTIS quo ad partem idem iuris est, quod & de toto quo ad *totum: Vt* in l.quæ de tota.ff.de rei vendi. & in l.an pars.& ibi Bart. ff.pro derelic.& in l.si seruus eius. & ibi moder.ff.de acquir.hære.& in c.pastoralis.in princ.de offic.deleg. & vide gloss. quæ allegat iura *pro & contra* in l.qui scit.ff.de vsu.

Amplia dupliciter,& limita sex modis,vt per Iaso.in l.qui sine.ff. de condi.sine causa & vide Decium in l.cuius effectus.ff.de reg.iur. vbi *ampliat* tripliciter,& limitat quatuor modis, & Nicola. Euerardum in suis topicis iuris ciuilis,in parte,locus à parte in totum. vbi vnam ampliationem,& quatuor limitationes describit.

REGVLA D.XXXII.

PATRIS sola præsentia,siue alterius, cui reuerentia debetur,nō

inducit

inducit iustum metum reuerentialem, ad rescindendum actum, nisi p obentur minæ, vel verba præcedentia. Bart. in l j. §. qui onerandæ. ff. qua re. actio non datur. & ibi Angel idem Barto. in l. ad inuidiam. C. quod met. cau. & doct. in l. interpositas. C de transacti. ofaci: quod notat Abba. loquendo in matrimonio, in c. veniens. lo j. de sponsali. Et de mariti reuerentia, ita not. Pet. de Rauen. in suo Alphab. aureo, in fol. cxvj. in col. ij. in fin. referendo Bar. in d. l. ad inuidiam.

Limita hanc conclusionem quadrupliciter, vt per Geor. Natan in repet. c. quamuis pactum. col. xj. post medium. & in seq. de pac. lib. 6.

REGVLA D.XXXIII.

Pater si instrumento donationis confiteatur se recepisse seruitia à filio, non statur in hoc eius confessioni, sed oportet quòd benemerita, seu seruitia probentur Gloss. est sing quæ ad hoc commendatur ibi, in l. si donatione. C. de collat. & ponit Ioan. Lupus in repet. rubr. de dona. inter virum & vxorem. fol. xxvj. col ij. in prin. vers. sed quarum. quam gloss. not. etiam Iaso. ibi, in colum. iij. vbi ad hoc assignat duplicem rationem.

Limita tripliciter, vt per eundem Iaso. in duabus col. seq. vbi supra. Et vide eundem Iaso. in l. frater à fratre. in col. xx. in lectu. ff. de condict. indeb. vbi huic regulæ scripsit tres limitationes, quæ omnes continentur in j. & ij. limitatio. descriptis per eũ in d. l. si donatione.

REGVLA D.XXXIIII.

Pater non potest committere alteri, vt occidat filiam suam adulterantem, seu adulteram: Tenet Bal. in l accusationibus. C. quod metus cau. & in l. ad officium. C. com. diuid. & Paul. in l. si cum dotem. §. transgrediamur ff. solut. matr. facit doctrina à me descripta in meis doctrinis magistralibus, doctrina incipien. vindictam facere.

Limita, nisi pater hoc demandaret filiis suis: Tenet Bar. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniu. Sal. in l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adulte. quibus assentitur Feli. in c. si verò. lo j. in colum. j. versicu. limita. de sentent. excommu.

REGVLA D.XXXV.

Pater potest cogi obligare se & sua bona pro restitutione dotis mulieris, cum qua filius est matrimonium contracturus, vbi aliàs non posset commodè cum alia, vel illa contrahere, in loco vbi nõ est in obseruantia, quòd pater teneatur ad constituendam donationem propter nuptias: Voluit Bar. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matri. vbi vide Imo. Roma. Pau. de Cast. & Alex. in j. col. de qua materia vide notabiliter per egregium doctorem nostrum Hispanũ

Ioannem

Ioannem Lupum in repe. rubr. de donatio. inter virum & vxor. fol. xi. col. i. cum quatuor sequentibus.

Limita istam conclusionem sex modis, vt per Bald Nouellum in tractatu de dote. in fol. xvj. colum. iiij. ver. infertur ex prædictis. cum sequen. colum.

REGVLA D.XXXVI.

PATER tenetur pro filio, quatenus est in peculio. l qđ si Ephes. ff. de eo quod certo loc. vt declarat Zasi. loco infra citando.

Amplia vno modo hanc conclusionem, & limita sex modis, vt per Vlda. Zas. in §. actiones. institu. de actio. colum. xcij. ad fin. cum seq. & prin. seq.

REGVLA D.XXXVII.

PECVNIA non est de rebus, quæ seruando seruari possunt: ex quo sequitur quòd potest sine iudicis decreto alienari. glo. est sing. in l. j. § fuit quæsitum in verbo, necessaria non est versi. sed hoc non requiritur in adulto. ff. ad Trebel. quam reputat vnicam, singularem, & alibi non reperiri. Bal. in l. si curatorē; habens C. de in integ. rest. mino. & in l. sed si ex stipulatu. ff. de verbo. obl. & est peregrina, secū dum Bal. in l. j. circa prin. ff. de reb. eor. Similes tamen allegat Iaso. in d. §. fuit quæsitum. col. vi. in princ. vbi refert plures qui tenent cū d. glo. & eam confirmat, & defendit.

Limita duobus modis, vt per Iaso. in dicto §. fuit quæsitum. dicta colum. vi.

REGVLA D.XXXVIII.

POENA imposita pro contumacia, regulatur secundum limites contumaciæ. Casus est notabilis in c. ex literis. de constitutio. de quo Bar. pulchrè in l. si adulterium cum incestu. § j. ff. de adul. alleg. illū tex. Bal. in l. j. C. de postulan. & per eum Feli. ibi cumulauit sex dicta notanda, col. viii. in fi. cum seq.

Amplia dupliciter, & limita totidem modis, vt per Fel. ibi.

REGVLA D.XXXIX.

POENA promissa ab extraneo, qui se facturum & curaturū obligauit, quòd Titia cum aliquo contraheret, potest peti matrimonio non secuto. glo est in l. Titia ff. de verbo. obliga. cum qua ibi tenet Bar. & alii per l. mulieri & Titio. cum gl. j. ff. de condi. & demon. Idē tenet gl. Cy. & communiter doct. in l. fi. C. de sponsa.

Limita tribus notabilibus modis, vt per Ias. in d. l. Titia. colum. v. ff. de verbo. obliga.

REGVLA D.XL.

POENA corporalis vbi venit imponenda, lata culpa non æquiparatur dolo. Tex. vbi notat Bar. in l lege Cornelia. ff. ad leg. Cor. de sicar. idem Bar. in l. j. §. non autem. ff. si quis test. liber. esse iuss. fue. de quo latè per Hipp. in l. de minore. in prin. vi. & vii. col. ff. de quæstio. & istam dicit communem sententiam Iaso. in l. in actionibus. col. v. ff. de in litē iur. voluit Soci in regula xcv. incip. dolus latæ culpæ, &c. in j fallentia & sequen. Vide in materia optimè per Ioan. Villemati, in repeti. l. diuus. ff. ad leg. Corne. de sicar. in col. ix. & x. & vide Siluestrum in sua summa, in verbo, pœna in xvi. q. & in verbo, culpa. versi. decimò quæritur.

Primò limita in casu l. penult. de custo reo. & in l. milites. ff. eod. vbi imponitur commentariensi pœna corporalis, licet tantū propter suam culpam, & sine dolo incarceratus aufugerit. Ita limitat Ange. in d. l. lege Cornelia. & ibi Hippo. in j. col. & Ias. in d. col. v. & Iacobus Boulle. in repetitio. §. famosos. l. capitolium. ff. de pœn. fol. xlv. colum. ij.

Secundò limita in Castellano, siue arcis custode, quia talis capite punitur, siue dolo, siue culpa perdat arcem. Notat Oldra. consi. xcij. incip. Rex habebat arcem. & Bal. in l. ad commentariensem. ff. de custo. reo. quos refert & sequitur Ias. in d. col. v.

Tertiò fallit in casu singulari l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. videlicet in eo qui abortionis, aut amatorium poculum dat, qui talis, & si sine dolo dederit, vltimo supplicio punitur: secus tamen si mulieri vt conciperet medicamentum dederit, quo sumpto mortua fuit, vt in l. iij. §. adiectio. versicu. sed ex senatusconsulto. ff. ad l. Corne. de sica. Ratio diuersitatis secundum Bart. & Hippo. in d. §. adiectio. est, quia primo casu dabat operam rei illicitæ. secundo verò licitæ: & istam limitationem, ponit etiam Iacob. vbi supra, in d. repeti. §. famosos.

Quartò fallit in casu l. penulti. ff. de incen. rui. & nau. secundū Ange. in l. lege Cornelia. quem ibi sequitur Hippo. col. j. Ita etiam limitat Iacob. in dicta repetitio. vbi allegando l. qui ædes. de incen. rui. nau. in j. limitatione ad istam regulam, dicit quòd hoc fallit quotiescunque is contra quem competit actio ex delicto culpa commisso, non habet in ære, quia tunc potest puniri in corpore, licet culpa, & non dolo deliquerit.

Quintò fallit in medico imperito, qui asserit se peritum, si eius imperitia moriatur infirmus: quia talis punitur pœna corporali. Ita singulariter tenet Floria. in l. idem iuris. §. nō mulionem. ff. ad l. aquil. ad quod allegat glo. in l. ii. ff. quod quisque iur. quod sequitur Hippo. in d. col. j.

Sextò fallit in accessore imperito qui allegat se peritum, qui fe-

cit

cit aliquem indebitè perire. Not. Floria. in quadam sua disputatione incipien. inquisitus de crimine capitali, & sequitur Hippoly. vbi supra.

Septimò fallit in casu l. quoniam multa C. ad leg. Iul. de vi pub. secundum Floria. & Hippo. vbi supra. Et hanc etiam limitationē sequitur Iaco. in loco præallega.

Octauò fallit in casu l. omne delictum. §. exploratores, & §. qui in aciem. & in §. sed si caligatus. ff. de re mili. secundum eosdem vbi supra. Vide eundem Hippo. vbi aliquos ex prædictis casibus ponit in l. iii. §. diuus. col. pen. ff. ad l. Corne. de sica.

Nonò fallit in dicto Bar. in l. iuste possidet. in fi. ff. de acqui. pos. vt refert Hippo. in d. col j.

Decimò limita, quando ex lata culpa oritur dolus à lege præsumptus, nam tunc ex culpa quis incidit in pœnam l. Corne. de sica. Ita limitat Iaco. boul. in d. repet. in vlti. limitatione ad hãc regulam, vbi vide exemplum.

REGVLA D.XLI.

POENA capitalis vbicunque à lege vel statuto imponitur, non debet imponi actualis amputatio capitis. Glo. est singul. in l. j. C. ne Christia. manci. per quam ita tenet Anan. in c. qualiter. el ij. de accus. quam gl. dicit ad hoc singularem Io. de Villemati. de Fortia. in repe. l. diuus. ff. ad leg. Corn. de sica. in col. vii. vbi refert aliquos idem firmãtes. Quod procedit etiam si statutum diceret, pœna capitis. Ita tenet Io. And. post Gofred. & Hostien. in c. quanto. super gl j. de iureiu. & sequitur ibi Imo. & in l. ii. ff. de pub. iudi. Ana. in c. j. in iij. col. de homici. & supra dicta etiam sequitur Iaso. vbi plures ad hoc refert in l. transigere. col. fin. C. de transac. prope fin. & vide eundem Ias. in l. si quis iniquum. §. hæc pœna. ff. quod quisque iur. col. j.

Limita primò, nisi aliter constaret de mente statuentiũ: puta quia diceret statutum quòd anima separetur à corpore. Ita restringit Feli. in d c. qualiter. el ii. in fi. col. referendo ibi Marian. Soci. Sed ista restrictio (salua eorum authoritate) non deseruit de aliquo dubio, & est apertè impertinens ad regulam supra scriptam.

Secundò limita, nisi statutum imponeret dictam pœnam eodem casu, quo imponit ius commune pœnam mortis: quia cum statutum interpretetur secundum ius commune, vt in c. cum dilectus. de consue. si simpliciter loquitur, interpretabitur de pœna mortis. Ita Felin. post Marian vbi supra. Facit etiam vltra eos text. in cap. cum dilectus. de cleri. non resid. & quæ per eum notat Alex. in l. fi. §. in computatione. in iiij. col. versi. in eadem ibi. C. de iure deliber.

Tertiò limita, nisi lex vel statutum exprimeret alias pœnas mortis, & postea nominet pœnam capitis: quia tunc intelligitur de morte naturali. Hoc probat text. cum glo. in l. relegati. ff. de pœn quam

limitationem describit Felin.in d.col.fin. Et ego eam arbitrarer intellidam, quando casus cui talem statutum infligit pœnam capitis, esset similis aliis, quibus imposuit pœnam mortis: quia si esset dispar, tunc etiam procederet regula nostra, propter casuum dissimilitudinem.

Quarto limita, nisi lex dicẽs, capite puniatur, declaretur per alias leges quòd intelligatur de morte naturali: Probatur in l.sacularii. §.sunt quidam.ff.de extraord.crimini. & in l.j.ff.eod. & in l.j.C. de eunuchis.& in l.præsenti.C.de his qui ad eccle.confu. & in l.nemo. C.de malefi.Ita restringit Feli.in d col.fi.quem vide, quia aliqua refert contra istam regulam, quibus tandem satisfacit.

REGVLA D.XLII.

POENAM vbi episcopus imponit, licet possit eam retinere, honestius tamen pro euitanda suspicione cupiditatis, in pium casum deputabit. Abb.in c.de causis.de offi.deleg. & in c.cæterum. de offi.ordi.tenent plures alii, quos ibi col.iii.allegat Feli.

Limita dupliciter, vt per eum ibi.

REGVLA D.XLIII.

POENAM ipso facto iura imponentiam, nunquam habent locũ, nisi præcedat declaratio, ꝙ quis eã incurrerit: Notat.Domi.in c.j.de homic.in vi.§.fi.col.v.quẽ refert Feli.in c.cũ nõ ab homine.de iudi. iııv col.vbi pro hoc aliqua exẽpla subiungit:de qua materia vide late per Hipp.in rub.ff.ad leg.Corne.de fals.col.iii.cum tribus seq.

Limita quatuor modis, vt per Feli.vbi supra, & eundem Feli.in c. j.de constitutio.col.xii.nu.45.& in c.præterea.de spon.col.j.num.2. quos referre iuuat in summa.

Primò, nisi factum esset adeò notorium, quòd nulla opus sit declaratione, quia tunc ipso facto pœna est incursa: Tenet Abb.in d.c. cũ non ab homine. & alii per Felin.relati vbi supra. Vide Hippo. circa hanc limitationem in d.rub.vii.col.

Secundò limita, quando factum & qualitas iam aderant ante inchoatum iudicium, tunc non requiritur declaratio, secus si cõpetit, & adsit iam inchoata lite: Notat Io.And.in additio. ad Specul.in rubri.de appella.in fi.& alii relati per Feli.in d.col.v.

Tertiò limita, nisi agatur de pœnis trahentibus secum executionem quia in istis non requiritur declaratio: Notat Domini.in c.felicis, de pœn.lib.vi.col.iij.vide Feli.vbi supra, quia contra hoc aliqua adducit.

Quartò limita in casu c.periculum.§.præterea. de electio.libr.vi secundum Feli.vbi supra quem vide.

REGVLA D. XLIIII.

Pœna vbi imponitur à lege positiua, non est soluẽda iu foro conscientiæ. Glo. est singu. in c. fraternitatis xij. q. 2. in gl. fin. in fi. quam dicit non esse alibi Abb. in c. j. de consti. antepe. col. Commendat etiã idem Abb. in c. si egressus. de iniur. & in c. suam. de pœn. pro qua gl. vide omnino Feli. in d. c. j. de constit. in xij. col. cum duabus seq. vbi refert plura dicta notanda, quæ doctores illius glo. argumento scripsere.

Limita quinque modis, vt per eundem Feli. vbi suprà, quas etiã limitationes rescripsit in c. audiuimus. de simonia.

REGVLA D. XLV.

Pœna pecuniaria simpliciter à lege imposita propter delictum, applicatur fisco, vbi lex introducit accusationem, not. Abb. in rub. de iudi. qui allegat tex. in l. multarum. C. de modo multan. & ibi etiam Phil. Decius, qui allegat tex. in c. j. quæ sunt regalia.

Amplia dupliciter, ac limita alijs duobus modis, vt per Ioann. Franc. de Ripa. in d. rub. de iudi. in antep. col. qui prius impugnat iura allegata à dictis doctoribus pro regula.

REGVLA D. XLVI.

Pœnam pecuniariam potest iudex ecclesiasticus imponere, si illa magis timetur. Abb. firmat post Host. & Ioan. And. in c. cæterum de offic. ordin. idem Abb. in ca. de causis. vlti. notabili, de offic. delega. & ibi etiam pen. col. colligit eam Feli. vbi plura circa eam tradit in d. c. cæterum. in prin.

Limita quatuor modis, vt per eum ibi, col. ij.

REGVLA D. LVII.

Pœnis impositis alternatiuè à lege, iudicis nõ rei, est electio. Glo. in c. sicut iudæi. de iudæ. in glo. fi. & in c. à crapula. de vita & hone. cleri. & in c. fraternitatis. xxxiiij. dist. vbi Domi. gl. & Archi. in summa. xj. q. ij. tenet Bal. qui notabiliter loquitur in materia. in l. cũctos populos. in col. v. ver. vlterius oppono. C. de sac. sanct. eccle. & in l. conuenticula. in iij. col. C de epi. & cle. & vide notab. distinct. quam facit Cepol. in repe. l. si fugitiui. C. de ser. fug. in col. xij. cum duabus sequen. in impressione parua facta Lugduni.

Limita septem modis, vt per Feli. in d. c. sicut Iudæi. 2. col. à versi. in gl. fi. vsque ad fi. qui notabiliter & latè loquitur.

REGVLA D. XLVIII.

Pœnalis diſpoſitio nullam temporis præfinitionem tacitè vel expreſsè continens in dubio cenſetur perpetua. Caſus eſt in l.ſeruus. C.de pœn. vbi Cyn.Bar.Bal.& Salice.bonus tex.in l fi C, vt lite pen den.& alia plura allegat Felin.in loco infra allegando.

Limita hanc concluſionem tripliciter,vt per Feli. in c.ex literis. de conſtitutio.col.8.

REGVLA D. XLIX.

Pœnitere licet eum,qui impleuit in contractibus innominatis, ſecus in nominatis,Tex.in l.ſi pecuniam.de condi.cauſ.data.

Limita hanc concluſionem treſdecim modis, vt per Iaſ.d.l.ſi pecuniam.j.& ij.col.

REGVLA D. L.

Penſio,vel merces augetur, vbi augmentum rei eſt in bonitate, ſeu redditu,& intrinſecum.Hanc regulam firmat Alber.Brun.in tractа.de augmen.& dimi.mone.fo.xiiij.col.iiij. ver.decimaquarta con clusi.quam limitat vndecim modis in tribus col.ſeq.

Periti in arte.vide ſupra,in verbo,medici.

REGVLA D. LI.

Perpetua ſunt ad excipiendum,quæ temporalia ad agendũ. Tex. eſt in l.purè.§.fi.ff.de dol.excep. cum alijs.

Limita illam regulam quinque modis,vt per Felin.in c.ſi autem. col.iiij.verſi. temporalia.de reſcrip.

REGVLA D. LII.

Perſonæ induſtria tunc cenſetur electa, vbi committitur factum, quod per alium non poteſt expediri.Tex.eſt in l.inter artifices. ff.de ſolu. Bart.per tex.ibi in l. fideicommiſſa.§.j.ff.de leg.2.

Limita dupliciter,vt per Feli.in c fi.§.is autem.ff.de offi. deleg.

REGVLA D. LIII.

Perſonalis citatio requiritur,nec ſufficit ad domum in monitione quæ requiritur ad excommunicationem inferendam. Sententia eſt ſingu. Inno.in c.fi.de eo qui mit.in poſſ'cau.rei ſer.ante mediũ. ſequitur Rota in deciſio.xiij.titu.de ſenten.excomm.in antiq. & in

7. eiusdem tit. in nouis.

Limita dupliciter, vt per Feli. in c. cum sit Romana. de appell. in columna quinta.

Primò, nisi agatur de reintrudendo in eadem excommunicatione male absolutum, quia tunc valet citatio per audientiam. licet personaliter non apprehendatur. Alleg. d. deci. 7.

Secundò fallit, nisi appareat ꝙ citatio male exequuta, & sic facta ad domum, induxit notitiam citato, quia fortè misit procuratorem, quia tunc inepta exequutio non nocet, quod reputat solenne.

REGVLA D. LIIII.

Petitio hæreditatis, est actio bonæ fidei. §. actionum. vbi not. Fab. & omnes, Institu. de actioni. & ibi Ias. ponit subtilem rationem, quare fuerat dubitatum ante illius. §. æditionum apud antiquos.

Limita nouissimè quatuor modis, vt per Vldar. Zasi. in d. §. actionum. col. clxxxiiij. & clxxxv.

REGVLA D. LV.

Populus habens iurisdictionem præscriptam, vel cõcessam à principe, potest per se facere statuta, nec requiritur confirmatio superioris. Colligitur ista conclusio ex traditis per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure.

Limita, nisi princeps in ciuitate esset, quia tunc non valerent statuta populi. sine principis confirmatione. Ita tenet Bal. in l. humanum. iiij. notabili, per illum text. C. de leg. & in l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iud. & in fi. post Cy eod. ti. refert Ias. in d. l. omnes. in lectu. j. in col. pen. in fi. per quod sic limitat prædictam regulam.

REGVLA D. LVI.

Populus carens iurisdictione, potest condere statuta super administratione rerum suarum. Doctrina est, quæ colligitur ex dictis per Bar. in d l. omnes populi. ff. de iusti. & iur.

Limita dupliciter, vt per Ias. ibi, in j. lectu. col. fi.

REGVLA D. LVII.

Possessor quilibet habens titulum verum, vel putatiuum, causatum etiam in iusto errore, præsumitur bonæ fidei. Hanc regulam elicit ex dictis per eum Balb. in tracta. de præscrip. in repeti. l. Celsus ff. de vsucap. in colum. xxxvj. qui eam ampliat vnico modo, & dupliciter restringit.

REGVLA D.LVIII.

Possessor quilibet in dubio præsumitur bonæ fidei.

Limita quindecim modis,vt per Pe.de Vbald in repetit.c.si diligenti.de præscri.in col.v.& 6.in j.vol.repetitionum iuris canonici.

REGVLA D.LIX.

Possessio præsumitur de præsenti ex possessione de præterito. Tenent Abb.& doct.in c.cum ad sedem.de restitu. spol. Bar.& alij in l. siue possidetis.C.de probat.

Amplia primò etiam in possessione rei mobilis, Abba. in d.c.cum ad sedem.

Secundò etiam si constaret quod medio tempore aliquis fuisset in possessione.

Tertio, etiam si pro forma requireretur determinata probatio certi temporis, quia adhuc sufficeret talis præsumpta probatio.

Limita primò,dummodo allegetur,quia licet præsumatur,tamen debet allegari,vt dicimus,in bona fide.

Secundò limita dummodo de possessione antiqua constet aliter, quam per confessionem aduersarij, quia aliàs confessio extenderetur contra confitentem,quod esse non debet.

Tertiò limita,quando quis se fundat in possessione propria, secus si in possessione tertij, ad elidenda intentionem aduersarii.

Quartò, quando ille qui allegat continuationem possessionis de præterito in præsens tempus,possidet de præsenti, alias secus. Et supra dictas ampliationes & restrictiones ponit Ioan.Franc. de Ripa. in c.cum ecclesia Sutrina.de causa poss.& prop.in colum.octaua per totam.

REGVLA D.LX.

Possessionem alterius ingrediens authoritate iudicis inualida,nō excusatur à pœna legis Text.in c.cum causa.de offic.delega.& in §. hac actione.Insti.vi bo.rapto.& in l.his demum.ff.eod.titu.Bar.in l. iuste.ff.de acquir. poss.

Limita istam regula tripliciter.vt per Felin.in ca.cum causa. col. 2.numero 4.

REGVLA D.LXI.

Possessionem propria authoritate quis capere non pōt ēt, ex titulo,quem in re iustè habet.Text.in l.fin.ff.quor.lega.& in l.nec ex vera.C.de acqui.poss.& in l.si ex stipulatione.& in l.si.eo. titu.

Limita quinque modis,vt per Ias.in d.l.si ex stipulatione. col. 1.

REGVLA D. LXII.

Possessio rerum hæreditariarum, in hæredem nisi mediante apprehensione non transit. Tex est in l.cum heredes.ff.de acqui.pos. & in l.1.§.Sceuola.ff.si quis testa.liber.esse iu s.fue.

Limita primò, nisi sit statutum, uel decretum disponens quòd possessio defuncti in hæredem continuetur ipso iure, ac si esset apprehensa. Tenent Pau.& Alex.in l.si sorori.C.de iur.delibe. & sic limitat ibi hoc Ias.in 1.col. Ratio huius est, quia lex, uel statutum potest absque ulla apprehensione, uel absque ullo alio facto transferre possessionem ipso iure, sicut dominium. Text. est, de quo ibi exclamat Barto.in l.raptores.C.de episco.& cleri & ista est communis opinio, ut firmat Ias.referendo Alex.in l.1.col.pe.C.commu.de leg. ubi refert plures huic opinioni assentientes, & reprobat Bal. ibi, cui aliter sentit. Sublimita tamen supra dictam restrictionem, nisi morruo defuncto possessio esset ab alio apprehensa, quia tunc impediretur illa ficta continuatio inducta a statuto, uel decreto, quod uoluit Cumanus in loco per Ias.descripto in d.l.si sorori. qui refert etiam Alex.idem tenentem, & allegat gloss. pro hoc à memine allegatam. Et nota, quòd hæres virtute talis statuti, si ageret possessorio recuperandę, casu quo ab alio res esset possessa, succumberet. ita Ias.d.l.si sorori.col. fi.referendo Bal.Ioan.Fab. & Alex.in varijs locis hoc firmantes.

Secundò limita in bonis feudalibus, quorum possessio sine apprehensione transit ad filium, ut uoluit singulariter Bal. in l.cum antiquioribus.in 6.col.C.de iure delibera.versi.decimò, quem refert Ias. in d.l.sorori.in d.fi.col.

Tertio limita in suis hæredibus, quia in his possessio, sicut dominiũ continuatur sine apprehensione. Gloss.est in l.in suis ff.de lib.& posthu.alia in §.sui.Institu.de hære.quali.& diffe. Contrarium tenet Bar.in d.l.in suis.per glo.contrariam in l.cum miles.ff.ex quib.caus. ma.cum qua concordat gloss.in l.cum hæredes. in princ.ff. de acqui. possessio.vbi hoc tenet Barto.& alij sequuntur, de quo ibi per Fran. de Aret.in 2.col.& per Alexan.in 3 & ita communiter tenetur, & sic ista fallentia non est uera, nec intentio.glo.in d.l.in suis.fuit hoc dicere, prout ibi eam defendit Ias.4.col.

REGVLA D. LXIII.

Possessio, si est antiqua, pro titulo beneficij præsumitur, ideo possidens non cogitur ostendere. Voluit Imo.in ca. illud.de præsum. Ange.& Bal.in l.qui in aliena.§. quod si adierit. ff. de acquir. hæred. tradit ictam conclusionem Felin. ubi pro ea plures refert in c. licet Heli.de Simo.col.4.versi.tertia conclusio. sequitur etiam hanc conclusionem Iaso.in d.l.qui in aliena.in prin.in col.7.in princ. vbi aliqua colli-

qua colligit,quæ operatur diuturnitas temporis.de quo etiam per eũdem in l.cum aliquis.in col.2.C.de iure delibera.& per Fel. in c.Albericus.de test.i.per Hippo.in repe.rub.C.de prob.in 4.col.
Limita quatuor modis,ut per eundem Fel.ubi supra.
Possessio.uide infra,in uerbo, traditio.

REGVLA D.LXIIII.

Possio tota non debet negari, sed admitti pars uera, quia petens totum,non uidetur excludere partem. Hanc conclusionem ponit Fel.in c.nam concupiscentiam.de constitutio. col.fi.post Anton. Imo.& doct.gloss.magna.in cap.2.de confes.lib.6.& in c.præsentium verbo.sigillatim.de testi.eod.lib.
Limita hanc conclusionem tripliciter,ut per Fel.ubi supra.

REGVLA D.LXV.

Positionibus respondere nolens, habetur pro confesso tribus concurrentibus.Primò,quòd positiones sint sibi lectæ,& datæ in telligi. Secundò, quòd sit iussus & monitus respondere à iudice in præsentia,& non per nuntium.Tertiò quòd absque rationabili causa recuset respondere. Probatur ista regula ex text.& glo.in cap.si post præstitum.de iureiu.in 6.& ex notatis per Bal.in l.fin.§.quòd si actor.C.de iure calumn.& tradit eam Fran.Cur.in loco infra allegando.Et uide l.1.ti.4.lib.3.in ord.regal.
Limita hanc conclusionem semptem modis, ut per Fran. Cur. in tracta.positionum & interrogationum.in col.4. & ille tractatus habetur in 1.volumine.Tractatuum, quas limitationes(quia utilis est materia)in summa libet transcribere.
Primò fallit in beneficialibus & spiritualibus.
Secundò in criminalibus,ne quo uide Spe.in titu.de positionibus §.semptimò uidendum.in fi.Bar.in l. Marcellus.§.1. ff.rerum amota.Abb post Inn.in c.2.de confes.Felin.remissiuè in c.cum dilecti.in 2.col.de accusa.Alexan.& Ias.remissiue in l.qui iurasse.§.si pater.ff. de iureiur.
Tertiò fallit in interrogationibus,& regula procedit in positionibus,quia interrogans nihil ponit, & hanc etiam fallentiam declarat optimè, ut ibi per eum.
Quartò,quando positio esset posita scienter falsa ab aduersario,& hanc & præcedentem ponit Bal.in l.sicut.in fi.C.de repu.hære.
Quintò fallit in nõ respondente libello,& ista impertinens fallentia ad hanc regulam,ut patet.
Sextò quando positio esset facta minus debite, & quando positio non sit debite facta,uide in d.tract.5.col cum 6.seq. vbi plures defectus positionum inferuntur,quibus stantibus,quis non tenetur eis respondere.

Septimò fallit, quando qualitas causæ non exigit condemnationem, ut quia libellus esset ineptus, uel non concludens, uel manifestam defensionem rei continens.

REGVLA D. LXVI.

Posthuma de qua non est facta mentio in testamento, non comprehenditur in legato facto filiabus. Tex. in l. qui filiabus. ibi, si mentionem, &c. ubi not. doct. ff. de lega. 1.

Limita dupliciter, ut per Iaf. ibi. col. 2. nu. 9. cum duobus seq. ubi dicit posse haberi alias limitationes, ex coniecturis, quas ibi tradit Bar.

REGVLA D. LXVII.

Ptaebenda non uenit in materia stricta appellatione beneficij. Abb. in c. postulasti. de rescrip. ubi Fel. ponit aliquas. col. 6.

Limita quadrupliciter, ut ibi per eum.

REGVLA D. LXVIII.

Praecepta exequutiua, regulariter, sunt prohibita, ut l. 1. C. de execu. rei iudi. & in l. 1. C. commi. uel epis.

Limita in quinque casibus, quos descripsit Ripa in l. de pupillo. §. meminisse. colum. antep. ff. de noui ope. nuncia. ubi etiam de aliis casibus se remittit.

REGVLA D. LXIX.

Praetium rei scientes, si offerat aliquid ultra, tunc nulla est descriptio, & quod ultra est datum, legitime retinetur. Notat Abb. in c. 1. de emp. & uendi. & ibi Imo.

Limita tripliciter, ut per Anto. de Bur. in ca. cum dilecti. de emp. & uendi. in colum. 5. ubi supra scriptam regulam descripsit.

REGVLA D. LXX.

Praescritioni, seu ad præscribendum non prodest credulitas cum errore iuris non facti, suadens. quòd titulus non iuridicus sit iuridicus. Vt in l nunquam. ff. de vsucap. & no. Abb. in c. de quarta. de præscrip.

Limita quinque modis utilibus, ut per Fel. in d. c. de quarta col. 8. uersi. secunda doctrina. cum quatuor sequen.

REGVLA D. LXXI.

Praescriptio licet currat contra ignorantem ignoranti com-

petit

petit restitutio ex capite iustæ ignorantiæ. ita concludit Bart. in l. 1. §. si quis autem propter. ff. de itine. actuque pri. tenet etiam Abb. in c. uigilanti. in ulti. notab de præscri. alle. bonam. gloss. in l. 1. C. de pa. potest. & ista est communis opi. ut firmat Fel. in d. c. uigilanti. 1. col.

Limita 7. modis, ut per Felin. ubi supra columna 2. quorum tres re fert Balb in trac. de præscrip. in fol. 38. colum. 1. quem uide in colum. præcedentis pro ista regula.

REGVLA D. LXXII.

PRAESCRIPTIONE etiam longissimi temporis, mala fides defuncti indistinctè nocet hæredi, adeo quòd hęres, nec canonico iure, neque ciuili præscribere poterit, eo casu quo defunctus non poterat, licet ipse sit in bona fide, & uelit à seipso inchoare præscriptionem. ista est commu. conclu. docto. contra Dinum, qui contrarium uoluit in . possessor. de reg. iur. in 6.

Limita quatuor modis, ut per Balb. in tracta. de præscri. in 3. parte princ. in columna 45. & sequen. quem omnino uide in columna 44. pro ipsa regula prin.

REGVLA D. LXXIII.

PRAESCRIPTIONI non potest per pactum renunciari. Notat Bal in auth. quas actiones. in col. 3 C. de sacrosan. ecc. Abb. in rubr. de præsc. cũ cõcor. de quibus ibi per Fel. in col. 5. qui hanc regu. tradit.

Limita sex modis, ut per Ioan Crot. in rep. l. nemo potest. ff. de lega. 1. in col. 30. & seq. & uide eum in col. 29. pro ipsa regula uide Fel. ubi supra, qui ponit septem fallentias huic regulæ, uide Balb. in trac. de præscrip. in 5. par. quintæ partis principalis. in col. 7. vbi & in col. sequ. ponit unam ampliationem, & tres limitationes.

REGVLA D. LXXIIII.

PRAESCRIBI non potest per naturaliter possidentem, quando dominus retinet possessionem ciuilem rei, quæ in absentia solo animo retinetur, nisi transeat tantum tempus, per quod uerisimiliter inducatur obliuio, & perdatur ciuilis possessio. ista est vtilissima doctrina in practica, quam glo. descripsit in l. 1. C. de ser. fug. quam ibi commendant doct. maximè Ias. in c. l. antep. vbi ipse datur glo. similes, in §. sed aliquando. institu. de vsucap. & in l. male agitur, in gloss. mag. circa medium. C. de præs. 30. vel 40. anno. pro quibus adducit bonam rationem, in col sequen. limitat quadrupliciter, quas limitationes, quia notabiles, breuiter tibi referam, licet in earum descripitone, ipse consumat unam ferè colum.

Limita primò si res præscribenda sit talis, in qua, apprehensione

eius

eius facta per alium dñs perdit statim ciuilem:vt in seruo fugitiuo.

Secundò fallit in præscriptione xxx.annorum:quia illa non impeditur.ex eo quòd dominus retinet ciuilem.

Tertiò,si talis possidens naturaliter,vellet præscribere non principale dñium,sed ius fortè feudale,vel emphiteuticũ,vel vsumfructũ.

Quartò,in præscriptione rerum incorporalium, puta seruitutum : quia eam nõ impedit possessio ciuilis domini, quæ statim perditur.

REGVLA D.LXXV.

PRAESCRIPTIO iurisdictionis in vna specie, non extenditur ad diuersam. Ita concludit Ias. in l.imperium. in colum.xv. ff.de iurisdi.omn.iudic.

Limita dupliciter,vt per Ioan.Franc.Balb.in tractat.de præscrip. in fol.viij.col.iij.in prin.quem vide in duabus præcedentibus latè & notabiliter pro ipsa principali regula.

Primò limita secundum eum:in iurisdictione retinenda, quia tota retinet per exercitiũ vnius actus:& regula procedit in acquirẽda.

Secundò limita,quando nullus alius est in quasi possessione iurisdictionis, quia tunc quasi possessio vnius actus, causat ius vniuersale:vide eum pro his limitationibus,quia optimè eas corroborat.

REGVLA D.LXXVI.

PRAESCRIPTIO iurium incorporalium,requirit scientiam aduersarii:Tenet Abb.in c.de quarta.de præscrip.& in c.j.eod. tit.Bar. in l.j.§.j.col.iiij.ff.de itine.actuque pri.facit l.quoties.la ij.de serui. & in l.quorum.C.eod.titu.

Limita dupliciter vt per Felin.in d.c.de quarta.pen.col.qui se remittit ad Paulum in l.seruitutes.iiij.col.ff.de serui. & latè Cæpol.in tracta.de serui.c.xx.col.iiij.& in c.xxiiij.col.vj.

REGVLA D.LXXVII.

PRAESCRIPTIONE, vel consuetudine quæri potest, quod est quæsibile priuilegio vt in c.duo simul.de offi.ordina. & in c.cum cõtingat.de foro compe.notat Cardi.post Lap.in clemen.j.col.penul. de religio.domib.

Limita quatuor modis,vt per Felin.in c.accedentes. de præscript. col.iij.in fin.cum quatuor sequen.

REGVLA D.LXXVIII.

PRAESCRIPTIONEM actione personali impedit mala fides, sicut in reali. Tenet gl.& Imo.in c.fina.de præscrip.quam ibi sequũtur

tur omnes cano. maxime Butr. & Imol. & ista est vera & communis opi. licet Host. Bar. & aliqui alii, quos latè refert Balb. in loco infra allegando, contrarium tenuerit.

Limita quatuor modis, vt per Fel. in d.c. fi. in col. ij. & iij. de præs. quarum limitationum, primam & vltimam refert & ornat Balb. in tract. de præscript. fol. ij. col. iiij. & ipse addit aliam quintam & notabilem limitationem.

REGVLA D.LXXIX.

PRAESCRIPTIONE tutus, si soluat, repetit quasi indebitum. Bar. in l. fin. ff. rem ratam haberi. sequitur Abb. in c ad aures. de præscrip. facit quod in simili ponit Ioan. Andr. in regula, possessor. col. xix. de reg. iur. lib. vj.

Limita vno modo, vt per Felin. in d.c. ad aures. col. ij.

Præscriptio. vide supra in verbo, accusatio. & in verbo, adeundi. & in verbo, dominium. & in verbo, ecclesia. & in verbo. hæreditate. & in verbo, minor & in verbo, iurisdictio.

REGVLA D.LXXX.

PRAESENTIA in dubio non præsumitur, nisi probetur. Bart. in l. ij. C. de statuis & imag. per illum text. & facit quod not. idem in l. Theopompus. prope fi. ff. de dote prælega.

Limita quatuor modis, vt per Feli. in c. tenor. de re iudica. col. fin. quæ etiam aliis allegationibus corroborat ipsam regulam.

REGVLA D.LXXXI.

PRINCEPS, vel populus non recognoscens superiorem. potest esse iudex in causa propria. Ita firmat Felin. in c. cum venissent. de iudic. in col. penul. motus ex eo quod notat Bal. in l. ij. ad fin. C. de sentent. quæ sine cer. quã. profe. & Bartol in l. si aliùs. §. bellissime. ff. quod vi aut clam. & Ang. in l. j. C. ne quis in sua causa.

Limita hoc procedere quod subiectos, nõn quo ad aliòs. Ita tenet Hostien. in c. nouit. de iudic. & ibi Abb. quos refert Felin. vbi supra, qui asserit ita vidisse iudicatum.

Secundò fallit, nisi princeps vel populus sit reus, quia tunc subditus potest eos conuenire coram Papa. Ita Abb. in c. j. de probatiò. dicens ibi esse tex. singul. sed hoc impugnat ibi Aret. tenendo contrarium: & eius opinioni contra Abb. assentitur Feli vbi supra.

REGVLA D.LXXXII.

PRINCEPS, vel Papa non potest sine causa iuris alicuius præiudicare,

iudicare, rem illius alteri dando. Ita Bart.in l.fin. C.si contra ius vel vtil.pub.& in locis alleg.per Philip.Deci.vbi ponit regulam in cap. quæ in ecclesiarum. col.viij.nu.xxv.de constitu.

Amplia habere locum, etiam in bonis infidelium, secundum Abb. & Inno.quos allegat Deci.vbi supra.

Limita & declara septem modis, vt per Fel.in d c.quæ in ecclesiarum.col.xiij.nu.40.vbi Deci.quinque duntaxat posuit limitationes.

REGVLA D.LXXXIII.

PRINCIPIS rescripto, potest concedi debitori dilatio ad soluendum. Tex.est in l.quoties.C.de precib.Imper. offer.Habes Hispanè l.iiij.titu.xxiiij part iij.

Limita primò, nisi debitum sit iuratum: quia tunc rescriptum non extenditur ad illud. Ita consuluit Alex.in consi.xxxviij.in iij.volu. consi.incipi.visa petitione motus per plura, de quibus per eum: quê refert Ias.in d.l.quoties.in j.col.qui allegat.in confirmationem glo. sing in c.cum non deceat, in gl.fin.de electio. in vj quæ voluit quòd clausula non obstante, vel alia derogatoria nunquam tollit actum iuratum.& eandem conclusionem Alex.tenet idem Ias.in l fi.prope fi. C.si contra ius vel vti.publi.vbi plures refert allegatam glo.sequentes & vide Fel.in c.constitutus.de rescri.in col.iii.in prin. vbi idê tenet, referendo eundem Alex. licet in allegatione consilii circa numerum differat à Ias.& vide omnino Tho.Ferra.in cantelis vltra Cæp. caut.lv.vbi latius comprobat dictam conclusionem Alex.

Secundò limita, data idonea fideiussione: vt in l.vniuersa.C.de preci.impera.offer.Item limitat Iaso.in allega.l.quoties.

REGVLA D.LXXXIIII.

PRINCIPI reseruata, non veniunt in generali concessione.Tex. in c.quòd translationem.de offic.lega.& in c.si de offic. vica.lib.vj. & in l.j ff.de offic.eius cui mandata.& plura circa hanc regulam congerit Feli.in c.quæ in ecclesiarum.de constitu.col.ij nu.32.

Limita tripliciter, vt per Feli.vbi supra, nu.33.

REGVLA D.LXXXV.

PRICIPIS rescriptum est lex: Probat tex.in l.diui Seuerus.ff.de adimen.lega.& probatur variis locis.

Limita sex modis, vt per Ioan.villemati. in repeti.§ diuus.ff.ad l. Corne.de fica.in col.viij.Et vide Felin.in c.in causis. de re iudica in col.ij.qui per tex.ibi,& in l.j.ff de consti princ.& in l.fina.C.de legi. facit regulam, quòd sententia principis, facit ius generale: quam limitat quinque modis ibi, & in colum.sequen.& quia est similitudo

in

in materia istarum regula. nolui hanc ponere de per se, pręcipuè si limitationes vtriusque coincidunt, quod tu lector studiose disquire:

REGVLA D.LXXXVI.

PRINCIPIS secunda iussio idem operatur quòd motus proprius. Doctriua est Bald.in l.nec damnosa.C.de preci.Impera.offer. quam ibi multum commendat Fulgo.& Roma. in l. si verò.§.de viro.xxxj.fallen ff.solu.matrim.vbi dicit illud dictum nouum, & alibi non legisse.sequitur etiam Alex. in l.iij.circa princ.ff.quod quisque iur.Feli.quem vide de veritate in c.si quando.de rescrip. col.fi.commendat etiam multum Ias.in d.l.nec damnosa. ex quo dicit notandum,quòd tunc cessabit omnis exceptio subreptionis, vel obreptionis,sicut quando princeps concedit motu proprio : & ita dicit obtinuisse in facto.

Limita notabiliter,vt procedat quando in secunda iussione,vel in secundo rescripto fieret de prima,vel de primo, mentio : quia aliter geminatio non haberet effectus motus proprii. Ita singulariter tenet Bal.in l.ij.C.de peti.bono.sublato.lib.x quod dicit sing. Ias.pro limitatione huius regulæ in d.l.nec damnosa.fi.vers.

Principis materia. vide supra in litera D. in ver.dispositio. & in ver.dominium,& in ver.causa iusta.

REGVLA D.LXXXVII.

PRIVILEGIVM concessum non subdito, non potest per concedentem reuocari.Colligit hanc regulam Feli.ex dicto Inno.in c.nouit de iud.in col.ix.quam ibi comprobat pluribus doctrinis.

Limita nouem modis.vt per eundem Fel.in d.col.ix.cũ duab.seq.

REGVLA D.LXXXVIII.

PRIVILEGIVM per quod conceditur aliqua facultas, vel datũ ad aliquid faciendum,perditur spatio decem annorum, si priuilegiatus eo non vtitur: Casus est notab in l.j.ff de nundi.de quo latè per Feli.in c.cum accesissent.col.ix.& x.de constitut.

Limita quinque modis,vt per Balb. in tractat.de præscript.in iiij. parte.5.partis.princi.in iiij.quæstio.

REGVLA D.LXXXIX.

PRIVILEGIVM est strictè interpretandum:vt in l.si quando.in princ.C.de inoffi.testa.not.Archid.in c.frater.xvj.q.j.glo.magistra. in c.j.de constitutio.in vj.

Limita dupliciter,vt per Iaso.in l.fin.col.vij.de constit. princip.

Primò,

Primò, quando verba eius essent tam plura & lata, quòd restringi non possent: Notat Ang. in d.l.fi.3.col. secundum Iaso.vbi supra. & no.An.in d.c.olim.

Secundò & notabiliter limita, quando privilegium non priuaret legem communem, sed priuatam, puta statuariam: quia tunc non restringitur. ita Anto. vbi supra, Ias. referente.

REGVLA D.XC.

Privilegio primo non derogat secunda dispositio contraria, non facta eius mentione. Tex. in cap. veniens. de præscriptio. per quem ita supponunt esse regulare omnes docto. in c.j. de rescrip. vbi vide quæ dicit Feli. col. vii.

Limita sex modis, vt per eum ibi, col. 8. & seq. vbi quintam falle ntiam restringit quatuor modis.

REGVLA D.XCI.

Privilegio dato ad aliquid faciendum, renunciare videtur contraueniens ipsi. Tex est in argu. in c. priuilegium. xi.q.3. & in c. cum accessissent. de constitutio. vbi Abb. allegat tex. qui optimè facit in l.ii.C. de iure domi. impe. & Felin. plura allegat col.xi.

Limita septem modis, vt per eum ibi.

REGVLA D.XCII.

Privilegium perditur propter mendacium, vt in l. qui cum se. ff. de re iudi. & in l. sed hoc ita. § fi. eod. titu. & in l.4. §. interdum. ff. quod cum eo. & in l. hæreditatem. § fi. ff. ad leg. Falc. & in l. si dubitetur. § j. ff. de fideiusso. & in l.j.C. ad Macedon.

Limita tripliciter, vt per Ripam in d.l. qui cum se. vbi etiam alias tres limitationes ponit remissiuè. Primò, quando mendaciū esset prolatum per ignorantiā: pro quo refert Alex. ibi, & alia fundamēta.

Secundò procedit regula, quando mendacium profertur circa id quod est causa priuilegii, aliàs secus, vt exemplum in d.l. qui, cum se. & in iuribus allegatis in regula.

Tertiò intellige regulam in casibus expressis in iure, nō autem facienda est extensio ad alios casus non expressos.

REGVLA D.XCIII.

Privilegium secundum contra primum generale, valet non facta eius mentione: siue contineat ius commune, siue aliquid vltra. Ita Hostien. Io. And. Card. Imo. & doct. in c.j. de rescrip. Domi. in c. quoniam. xviii. dist.

Limita sex modis,vt per Feli. in dic.col.iii. cum prin.seq. Et ibi primam limitationem tripliciter restringit.

REGVLA D.XCIIII.

PRIVILEGIVM in dubio præsumitur concessum ad petitionem partis, & non motu proprio concedentis: Tenent omnes doct.teste Alex.ibi in l.si quis iniquum.ff.quod quisque iur.in prin.mouentur per tex.in c.si motu proprio.de præben.lib.vi.

Limita tribus modis,vt per eundem Alexan.ibi,& vide etiã Petr. Rauennatem in suo alphabeto aureo,in versi. motus proprius.in litera M.vbi hoc etiam limitat tribus modis: & vide Ias. in d.l.si quis iniquum.col.ij.vbi hoc limitat quinque modis.

REGVLA D.XCV.

PRIVILEGIVM vel beneficium concessum in principali,trahitur ad eius augmentum. Facit tex notabi. in §.aliud. in Authen. de æqual.dotis.col.8.& ibi notab. Ang.describit hanc regulam, & corroborat bene Alber.Brun. in tracta. de augmento & diminut.mone. fol.xi.col.i.versi.nona conclusio.

Limita tribus modis,vt per eundem Albert.ibi,in col.ij.& seq.

REGVLA D.XCVI.

PRIVILEGIVM alicui concessum,non debet taliter interpretari,vt per illud tollatur aliud priuilegium ei debitè competens: Notant hoc Bal.Ange.Fulg.& Alex.in l.si Rufinus.C.de testam.mili.ex tex.ibi, ex quo inferunt, ꝙ statutũ disponens ꝙ scholares tractẽtur pro ciuibus,debet intelligi,quo ad commodum,non quo ad damnũ.

Limita sex modis,vt per Ias.ibi,col.pen.& fin.

REGVLA D.XCVII.

PRIVILEGIVM si habet effectum momentaneum, perditur per vnum actum contrarium:Probat tex.in cap.priuilegium.xi.q.3.not. Bar.in l.ij.ff.de vetera.de quo vide omnino Alex.in consi.cxiii.in ii. vol.incip.ex themate præmisso,in penul.col.in fin.& seq.

Limita octo modis,vt notabiliter per Ias. in l.fin. col.pen.& fi.ff. de consti.princip.

Priuilegium.vide infra,in verbo,subdito.

REGVLA D.XCVIII.

PROBATIO quæ fit ex coniecturis legitimis,dicitur euidens,licet

cet expressè non appareat. Tex.in l.si quis locuples. in fin. ff.de manu.testa.& in l licet imperator. ff.de lega.j. vbi Ias. plura iura allegat, colum.j.

Limita dupliciter, vt per Ias.vbi supra, col.ii.nu.13.

REGVLA D.XCIX.

PROBATIO testium & instrumentorum potest in iudicio renũciari:& valet conuẽtio facta in iudicio, ꝙ quis nõ possit probare, nisi per instrumentũ. Tex.est in c.de testibus.& in c. cũ venissent.de testi.quæ iura loquũtur quãtũ ad testes, & tex.in c. cũ dilectus. de fide instrum.qui loquitur in instrumẽtis, & tex.in l.3.C.eod. Et istã reg. per supra dicta verba tradit Ias.in l iubemus C.de iudi.ii.col.nu.6.

Limita dupliciter, vt per Ias.vbi supra.

REGVLA DC.

PROBATIO de non iure aduersarij, non prodest agenti in beneficialibus, nisi probet de iure suo, Tex.in c.olim de rescrip. quẽ text. ad hoc ponderauit gl.in c.vno.de eo qui mitti. in posse.lib.vi.gl.pe nul.in cap.j.& glo.verbo, finita.in cap.ij.vt lite pen lib.vi. & gl.ver. debebit.in cap.fin.de iureiuran.lib.sexto.& faciunt quæ cumulat Felin in d.c olim.colum.v.

Limita hanc regulã quinq; notãdis modis, vt per eum ibi, col.6.

REGVLA DCI.

PROBATIO quælibet, & dictum testis debent de necessitate cõcludere.Tex.est in l.non hoc. C.vnde cogna. & in c.in præsentia. de probat.& in l.pen.§.docere.& ibi Bart.ff.ne quis eum qui in ius.vnde dicit Bar.in d.l.non hoc.quòd articulus & positio, debent de necessitate concludere.

Amplia istam regulam vndecim modis, & limita aliis vndecim, vt per Ias.in d.l.non hoc.ij.col.cum v.seq.

Probatio.vide supra, in verbo, apoca.& in verbo, cõsuetudo.lo ij. & in verbo, conuentio.& infra, in verbo qualitas.

REGVLA DCII.

PROCESSVS factus super petitorio & possessorio simul, in casibus in quibus non admittitur concursus, valet parte non opponente.Vt in c.cum dilectus.in versi.citra litis contestationem.de ordine cognit.& in l.si mancipium.§.j.cũ glo.ff.de euictio. & in l.ii.C.com mu.diuid.quæ regula confirmari potest ex scriptis per Iaso. in l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris.

¶ Limita quatuor modis vt per Ripam in l.naturaliter.§. nihil com mune. in col.xxxii.ff.de acqui. pos.

REGVLA D.CIII.

PROCESSVS factus vigore primi rescripti reuocati per secundum, valet donec per partem de secundo excipiatur. Firmant Inno. Compos.Butri.Card.Imo.Domi.& Abb. in cap.cæterùm.de rescrip. quamuis Gofredus,& Io.An.contra sentiant. facit.c.audita. in fi.de restitu.spolia.confirmat Feli.hanc regulam in d.c.cæterum. col.vii. & in col.viii.infert ex ea quinque correlaria.

Amplia & extende tripliciter,limita & restringe nouem modis,vt per eum,col.ix.vsq; ad fi.per quatuor col. & in fi.sublimitat vno modo dictas restrictiones.

REGVLA DCIIII.

PROCVRATIO, seu visitatio non potest præscribi Tex.est in c. cum ex officii.de prescrip.in c.cum instantia.de censib.& in c.accedentes.de præscrip.tradit Specu.tit.de lega.§.super.versi. illud quoque.Card.& Imo.in clem.j.de censib.

Limita septem modis,vt per Feli.in dicto cap. cum ex officii.col. iiij.cum tribus seq.

REGVLA DCV.

PROCVRATOR constitutus ad agendum, sicut non potest transigere, ita non potest facere compromissum in arbitratorem, quia censetur quædam transactio.Ita Bal. Sali.Pau. & Moder. in l.transactionis.C.de transact.per tex.ibi.

Limita,nisi ex forma statuti possit litigãs compelli ad compromissum: quia tunc talis procurator posset illud compromissum facere. Ita restringit Ias. motus quinque vrgentibus fundamentis, in d. l.transactionis.

REGVLA DCVI.

PROCVRATOR iudicialis, vel extraiudicialis non censetur reuocatus, nisi intimata sibi fuerit reuocatio. Tex.est in c.ex parte de cani.de rescrip.c. mandato. de procurato. text.in l.si mandassem. ff. mand.glo.magistra,vbi Arch.in c.si tibi domino.lxiiii.dist.Inn.Ioã. And.Ant.& Imo.c.quidam.de renunti.

Amplia vno modo,& limita vndecim modis,ut per Feli. in d.c.ex parte decani.col.iii. ad fin.cũ vi.seq.vbi primã limitationem ampliat quinque notandis modis: secundã limitationẽ sublimitat duobus casibus,

ſibus, quorum primum ampliat tripliciter,& limitat bis, ſextam limitationem ſublimitat etiam duobus caſibus. Item ſuper octaua limitatione, vide tu Hiſpane l.xxiij.in princ.tit.5.par.6.

REGVLA DCVII.

Procurator ad negotia, poteſt indiſtinctè, & quandocunq; alium ſubſtituere. Tex.in l.ſi procuratorem.§.ſi quis mandauerit.ff. manda.clarior tex.in c.j,§.fi.de procu.li.6.Iaſ.in l.j.fi.col.ff.de offi.pro. Cæſa Concordat.l.xjx.titu.5.parti.3.

Limita decem modis vt per eundem Iaſ.in l.quod quis.C.de procura.2.& fin.col.

REGVLA DCVIII.

Procurator conſtitutus ad recipiendum numerationem pecuniæ, ſi in inſtrumento non fuit ſcriptum quòd recipit, ſed quòd fuit con feſſus ſe recepiſſe, non præiudicat domino, nec contra eum ex tali confeſſione agi poterit, niſi numeratio probetur. Elegās doctrina Bar.in l.2.§.fi.col.fi ff.ſi cer.petat. quam ibi defendit & probat, & communem demonſtrat. Iaſ.ibi,& demum confirmat nu.20. & vide Hip.in ſing.cclxv.incip. fines mandati.

Amplia hanc concluſionem vno modo,& limita tribus modis, vt per Iaſ.vbi ſupra,nu.21.& 22.fi.col.

REGVLA DCIX.

Procuratoris mandatum ſecundum communem ſententiam, poteſt per teſtes probari. Vt voluit gl.in l.maritus.C.de procur. in gl. fi.in prin.& ibi notant Doct.& gl.in c.j.eod.tit.in gl.j.circa princi. Et hanc dicit veram & magis communem opin.Iaſo. in l.j. C. cod. iij.colum.

Limita v. modis, vt per Iaſ.in d.col.3.& ſeq.

REGVLA DCX.

Procurator tenetur appellare, ſed non appellationem proſequi. Tex.in l.inuitus.C.de procu.& in c.non iniuſte.eo.titu. Vide Hiſpane l.3.titu.xxiij.par.3.

Limita ſecundam partem huius regulæ 4.modis, vt per Iaſ.in d.l. inuitus poſt princ.

Procurator. vide ſuprà citatio,& dominus.

REGVLA DCXI.

Prodigus notoriè & manifestè prodigus potest contrahere & alienare, antequam sibi interdicatur à iudicè. Ista est communis conclusio quam ponit Ias.in l.is cui bonis.in 6.col.ff.de verb.oblig.

Limita duobus modis,vt per eundem ibi.

REGVLA DCXII.

Prohibitio alienationis nō impedit dominij translationē, quāuis contra faciens incidat in pœnā cōuentam, vel ad interesse teneatur. Hæc est doctrina notanda Bar.in l filiusfamilias §.diui.ff.de leg.j.& in l.qui absenti.§.j.ff.de acqui.poss.& est text.secundum Ant. ibi,in c.Raynaldus.in verbo,transferendæ in alium.de testam.huic regulę rationem assignat Ias.ex qua infert duo,in d.§.diui.col.xvj.

Limita iij.modis,vt per Ias.in d.§.diui.d.col.cum seq.media.

REGVLA DCXIII.

Promittens aliquem facere securum, tenetur solū p stipulationē promittere, non autem dare fideiussores vel pignora.Tex. est in l.j. §.communes.& ibi Bar.in fi.ad hoc not.ff.de præto.stipu.glo.in l.si mandato Titij.§ fi.ff.manda.Spec.in titu.de empt. & ven.§.j.versi. sed si instrumento.Bal.in l.sancimus.C.de verb.signi.

Limita tribus modis.vt per Ias.in l.j.col.2.ff.qui satis.cog.

REGVLA DCXIIII.

Promittens simpliciter præsentare aliquem iudici, si semel præsentauit: est liberatus Glo.est sing.in l.duobus reis.§.si ei qui.ff.de iureiur.in verb.exhibuerit. quam sequit Pau ibi.idem Pau.& Alex. in l.fideiussor. § in fideiussorem.ff.qui satisda.cog.vbi etiam Iaso.in col.2.versi.2.limita,sequitur eam.

Primò limita, qñ promissio non est facta contēplatiōe alicuius iudicij, vel litis,vt est qñ familia aliquē cepit,& ego peto eū relaxari, promittens eū præsentare potestati,vel quando peto relaxari incarceratum,& promitto eum præsentare in iudicio.Ita limitat Iaso. in d.§.si ei qui.2.col. secus si ꝓmissio fieret respectu alicuius iudicij, vel litis, vt per eum ibi.

Secundò limita, quando esset adiectū in promissione toties quoties, vel quandocunq; fuero requisitus Ita Pau.vbi s.cui Ias.assentitur in alleg.2.col. Prorogatio,vide s.in verbo,errans.

REGVLA DCXV.

Protestationem nisi faciat,impeditus actum facere in termino statuto, non excusatur, notat Domi.in c.cupientes. in §.ꝙ si viginti.

ex

ex gl.ibi in verbo,propositæ,de elect.in vj. Refert Deci.in l.omnibus causis.in col.3.ver.3.quæritur.ff.de reg.iur.qui tradidit bonum exemplū post Domi.vbi suprà,& refert hoc tenere Alex.in varijs locis,& tenet hoc etiam idem Philip.in c.ex ratione.col.3.de appella. loquendo in impedito ad prosequendam appellationem.

Limita tribus modis,vt per Felin.c. ex transmissa.de præscrip.in col.2. & 3. per quem vide quia optimè declarat hanc materiam, in qua fuerunt opiniones,& ex his quæ doct.dicunt, videtur res intricari.vt inquit ipse Feli.Et vide Io.Fran.de Ripa.in tract.de peste.in 2.partic.secundæ part.princ.vj qō. vbi in ista materia refert opiniones contrarias,& tandem firmat regulam contrariam huic,videlicet ꝙ impeditus in termino actum facere,excusatur, dato quòd nō fuerit de impedimento protestatus,& limitat eam tripliciter.

REGVLA DCXVI.

Protestatio vt noceat,requiritur expressus consensus eius cui fit, nec sufficit si simpliciter taceat. Glo. 3.in c.cumana.de elect.vbi Hosti.& Abb.no.Io.And.in c.in Gene.eo.ti.vbi not. Inn.in proposito. Tex.est etiam,non cauillando literam in l.fi.§.item si prædixerit.ff. nautæ caupo.stab.ibi,consenserunt vectores.Bar. sentit in l.non solū §.morte.col.vlti.ff.de no.oper.nuncia.

Limita quinque modis,vt notabiliter per Felin.in c. cum M.col. xv.de constitu.

REGVLA DCXVII.

Protestatio potest fieri etiam per tertium cuius interest, puta si Titius protestatur,tibi inhibendo ne soluas Sēpronio creditori tuo. Notat eleganter Bart.in l.non solum.§.morte.col.7.versi. circa primum.ff.de noui oper.nuncia.per Bal. Angel.& Imo. in l.hæres.la j. ff.ad Trebel.Bar.in l.si à furioso.cum seq.in fi.ff.si cert.peta. facit l. 3.C.de nouatio.& l fi.ff.de lege commisso.

Limita & declara hanc conclusionem dupliciter,vt per Feli.in c. cum M.de consti.col.xv in fi.cum prin.seq.

REGVLA DCXVIII.

Protestari non potest negotiorum gestor. Sentit istam pro regula Barto. in l.non solum.§.morte ff.de noui oper.nuncia.dum dicit quòd non potest denunciare debitori Titij, cuius nomen est mihi cessum,iuxta l.nomen.C.quæ res pigno.obligat. poss.& l.iij.C.de nouat.

Limita tripliciter, vt per Felin.d.cap.cum M. de constitutio.columna decimaquinta.

REGVLA DCXIX.

Proteſtari procurator poteſt,nomine domini.Bar. in d.l. non ſolum.§.morte.de noui ope.nunc.Inno.in c.cũ in iuuentute.de præſump.Nec requiritur ſpeciale mandatum ſecundum Bar.in l.j. iuxta princip.ff.de libe.agnoſ.& in l.de pupillo.§. cum procuratorio.ff. de noui ope.nunc.Ang.& Imo.contra gl.ibi.

Limita hanc concluſionem vno modo, & ſublimita altero hanc limitationem,vt per Feli.in c.cum M.col.16.de conſti.

REGVLA DCXX.

Proteſtatio fieri poteſt procuratori, in caſibus in quibus ſcientia procuratoris nocet domino. Secundum Barto.in d.l.non ſolum.§. morte.allegat.l.procuratoris.in prin.ff.de trib.actio. probat clemẽ cauſam.de elect.

Limita tripliciter hanc concluſionem,vt per Feli.in c.cum M.de conſtitu.col.xvj.

REGVLA DCXXI.

Proteſtatio facta ſimpliciter,nõ operatur,niſi in illo actu qui tunc fit,vel poſtea incontinenti.Bar.in d.§.morte.in prin.materię huius, & idem in l.item.§.fi.de pact.& in l.qui in aliena.§.fin. de acquiren. hęre.& in l.Titia.§.penul.ff.de verb.oblig. & alia quæ colligit Feli in c.cum M.col.xxj.de conſti.vbi confirmat,& infert aliqua ex hac concluſione.

Limita etiam tripliciter,vt per Feli.ibi,col.alleg. cum ſeq.

REGVLA DCXXII.

Proteſtatio contra ſubſtantiam actus regulariter non valet. Ant. & Imo.in d.c.cum M.de conſtit.per l.cum præcario.ff.de præcar. & Felin.in d.c.cum M.colum.xxij.cum principio ſequen.ponit tria dicta notanda.

Limita tripliciter,vt per Fel.ibi.

REGVLA DCXXIII.

Proteſtatio regulariter tollitur,per factum ipſi, contrarium. Ita communiter ſupponunt doct.in d.c.cum M.& in l pacta nouiſſima. vbi Bal.C.de pact.gl.& Ant.in c.olim.de cenſi.

Amplia vno modo limitando eum, & limita ſex notandis modis, vt per Feli.d.c.cum M.col.xxiiij.cum ſeq.

Regula

REGVLA DCXXIIII.

Provisio ecclesiarum quæ subsunt plebibus, uel aliis ecclesiis inferioribus, regulariter pertinet ad episcopum. Ita est tex. in c. omnes. 16. q. 7. tex. in c. cum uenerabilis. de excep. per quæ iura ibi tenet. Inno. & not. do&#0;ct.

Amplia dupliciter, & limita quinque modis, ut per Feli. ibi, colum. 10. cum seq. & principio sequen. ubi optimè declarat dictam regulã, & sublimitat aliquas ex dictis limitationibus.

REGVLA DCXXV.

Provisio facta per modum dispositionis pure in unum casum, non extenditur ad alium, quia casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis, ut in l. si extraneus. ff. de condi. ob caus. Istam regulam tradit Ias. cum quinque limitationibus, recolligens dicta per Bartol. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 5. de libe. & posth.

REGVLA DCXXVI.

Pupillus solus sine tutoris authoritate non potest agnoscere bonorum possessionem. Text. est in l. bonorum. C. qui admit. vbi Ias. notat hoc ex tex. in col. 2. & signat duplicem rationem.

Limita quadrupliciter, ut per eundem ibi, in d. col. 2.

REGVLA DCXXVII.

Pupillaris expressa, continet tacitam uulgarem. ita tex. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupilla. Bar. & cęteri in l. 2. ff. eod. titu. col. 5. nume. 29.

Limita quatuor modis, ut per Ias. in d. l. iam hoc iure. col. 3. nu. 5. quarum una fuit Bar. ubi supra.

REGVLA DCXXVIII.

Pupillaris substitutio continetur tacitè sub expressa vulgari. Text. est in l. quamuis. C. de impu. & aliis. concordat text. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupilla. not. Bar. & ibi doc. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. Est tex. de iure regio in l. 5 ti 5. parti. 6.

Amplia duobus modis, ut per Ias. in l. 1. de uulg. & pup. & in l. iam hoc iure. col. 2. eo. titu.

Limita quadrupliciter, ut per Ias. in d. l. quamuis. & per eundem in d. l. iam hoc iure. d. col. fi. & eundem in d. l. 1. col. 15. nu. 60. vbi tripliciter limitat.

REGVLA DCXXIX.

PVPILLARIS tacita, comprehensa sub expressa vulgari, non excludit matrem. ita Ias. in l. precibus. C. de impub. col. 4. nu. 7. vbi allegat quamplures doct. & dicit quòd ista est communis opinio, & idem tenet Ang. de quo fuit immemor Ias. in prin. inst. de pup. subst. col. 4.

Fallit quatuor modis, & in quatuor casibus de quibus per Ange. ubi supra.

Adde tu & quintam fallentiam, quam ponit Ias. ubi supra, quæ diuersa est a quatuor positis per Angel. puta quando pia causa esset substituta.

REGVLA DCXXX.

PVPILLARIS substitutio comprehensa sub breuiloqua, matrem excludit. Tenet Bar. in l. precibus. 2. col. C. de impub. & alijs. quod dicit ibi ab omnibus teneri Ias. col. antepe.

Limita sing ut per eundem Ias. ibi, quando talis breuiloqua esset facta uerbis negatiuis conuenientibus substitutioni uulgari, ueluti si testator institutis duobus filijs dicat, si alter vestrum hæres non erit, uos inuicem substituo. quia tunc pupillaris sub tali breuiloqua comprehensa, censetur omnino tacita, & per consequens matrem non excludit, quod dicit uoluisse sing. Bar. in l. Lucius. ff. de vulg. & pup. fin. col. versi. pone quòd institutio. quod ibi dicit not. imo. & refer etiam Alex. in duabus locis idem tenentem.

DE LITERA Q.

REGVLA DCXXXI.

QVADRIMESTRE tempus debet assignari de iure communi, condemnatis ad soluendum post sententiam. Vt in l. 2. & in l. fin. in prin. C. de execu. rei iudi. & probatur in c. quo ad consultationem de re iudica. & not. Bal. in l. executore. C. de execu. rei iudi.

Limita quatuor modis, ut per Ias. in l. si arrogator. ff. de adop. col. fi. qui de alijs limitationibus se remittit.

REGVLA DCXXXII.

QVALITAS certas ubicunque requiritur in personis adhibitis aliquo certo limitato tempore, debet præcise probari quòd illa qualitas tempore limitato interuenerit, & non sufficeret probare, quòd interuenerit ante illud tempus, uel post. Notant hoc Bar. & Bald. ex

illo tex.in l.1.C.de testa.quos refert Iaſ.ibi, in 2.not. per ſupra dicta uerba,licet Bal.non ponat ſic iſtud notabile,prout à Iaſ.refertur,pro quo dicit facere tex.in l.ad teſtium.§.1.ff.de teſt.

Limita notabiliter per tex.in c.propoſuit.de cleri.excom. miniſt. quem dicit ſing.Franc.de Aret. in conſilio 51. circa princip. ad hoc, quòd vbi requiritur certa & determinata temporis probatio pro forma illa qualitas probatur ineſſe illo tempore præſumptiuè, probando quòd olim inerat,quod dicit ex illo tex.notare Inno. & Anto.licet Bal.aliter dicat in l.ſiue poſſidetis.C.de proba.Et iſtam limitationem deſcripſit Iaſ.ubi ſupra,quam libuit tranſcribere, quia poteſt de magiſtrali doctrina deſeruire.

REGVLA DCXXXIII.

QVANTITAS quando legatur ut certum corpus exiſtens in aliquo loco,tunc non iudicatur vt quantitas, ſed ut ſpecies.Text.eſt in l.talis ſcriptura.verſi.pe.ff.de lega.1. ubi Bar.& Iaſ.dicunt aliqua in materia.Tex.in l.ſed & ſi certos.ff.eod.titu.

Limita dupliciter hanc regulam ut per Iaſ. in d.l. ſed & ſi certos. quam legit ſub §.ſi numerus.l.ſi ſeruus plurium.quæ præcedit.

REGVLA DCXXXIIII.

QVERELA inofficioſi teſtamenti competit contra teſtamẽtum fratris inſtituentis turpem, uel uilem perſonam. Text.in l. fratres uel ſorores.C. de inoffic.teſtam. concordat l.fratris. C. eod. & l.j.ff. eod. & §. ſoror. Inſtitu. eod. Et vide tu Hiſpane l. 2. titulo octauò parti.6.

Amplia quatuor modis,ut per Iaſ.in d.l.fratris.1.col.& limita alijs decem,ut per eundem ibi,col.3.& ſeq.uide l.3.d.tit.8. & part.6. vbi ponitur unica limitatio ad regulam.

REGVLA DCXXXV.

QVERELA etiam non præparata, tranſmittitur ad liberos. Regula eſt,quæ colligitur ex tex.in l.ſi quis filium.C.de inoffic.teſtam. & notat glo.in l.cum mota.in glo.1 C.de tranſac.

Limita primo, ut procedat quando tractatur de hæreditate aſcendentis, ſecus eſt ſi in querela tranſuerſalium, quæ competit fratri, quia iſta non præparata non tranſmittitur. Ita limitant Petr. & Angel.in l.ſcimus.§ fina.C.de inoffic. teſtamen. & Paul. de Caſtro, in d.l.ſi quis filium. & ſequitur ibi Iaſo. in prima columna, qui ponit rationem diuerſitatis, & ſequitur etiam Doctor del Caſtello, in loco infra allegando, in fallentia ſecundà, quam ponit ad iſtam regulam.

Secundò limita in ascendentibus exhæredatis, qui non transmittunt querelam non præparatam. ita limitat Ias. in d. 1 col. quem etiã refert dictus doctor del Castello. in l. Tauri. 24. glo, se rompiere. in 7. col. illius glo. in 1. limitatione ad istam regulam.

Tertiò limita nisi hæres scriptus adiuisset hæreditatem, & sic filius potuisset præparare querelam, quia tunc eam non præparatam non transmittit hodie, sicut nec olim. ita limitat Salice. in l. cum mota. in 2. oppo. C. de transac. quod sequitur ibi Iaso. 4. col. quasi in fi. & uide eundem in d. l. si quis filium in d. 1. col.

Quartò limita, ut solum procedat quo ad liberos, secus quo ad extraneos. ita Ias. d. col. 1. referendo Bal. quæ limitatio clare procedit ex uerbo regulæ liberos.

Quintò limita, quando tales liberi sunt sui, aliàs secus. glo. est sing. in l. si quis affirmauerit. in uerbo, hæredes. ff. de dolo. Contrarium tenet Salicet. in d. l. cum mota. in 2. oppo. cui uidetur assentiri Ias. in d. l. si quis filium. in 2. col. qui eius opinionem fundamento confirmat, & apertius idem Ias. in d. l. cum mota. 4. colum. quamuis Ray. & Albe. contra teneant.

Sextò limita, quãdo tales liberi sunt hæredes filij exhęredati, aliàs secus. ita Pau. d. l. si quis filium. sequitur ibi Ias. in col. 2.

Septimò limita, actiuè non passiuè. Ita limitat dictus doctor de Castillo ubi supra, in 3. limitatione ad istam regulam, referẽs Ias. in l. si hęredes. C. de inoffic. testam. dicens quòd ille solus hoc notat ibi.

REGVLA DXXXVI.

QVAESTIONEM siue tortura, debet præcedere octo. Primum, quòd constet delictum esse commissum. Secundum, quòd præcedant indicia. Tertium, quòd detur ipsi reo copia indiciorum, cum termino competenti ad purgandum ea. Quartum, quòd non sit aliæ probationes. Quintum, quòd accusator petat a iudice ut ponatur reus ad torturam, alias eo non requirente iudex, non potest, nec debet ipsum ponere ad torturam. Sextum, quòd sit lis contestata, & nomen rei sit receptum inter reos. Septimum, quòd ipse iudex & non notarius uel alius, examinauerit testes indiciorum. Octauum, quòd ipsi reo, si minor est, detur curator. Quę omnia latè ponit Hippo. in l. 1. in col. 2. cum tribus sequen. ff. de quæstio.

Limita supra dicta tribus modis, ut per eundem Hippo. ibi, in col. 13. & seq. sub dubio fortè. Primò, quando ageretur, seu procederetur contra insignem furem, uel male factorem, quia contra tales iura non adhibent tantam solennitatem, sicut contra alios.

Secundò, quando procederetur contra hominem malæ conditionis & famæ, quia tali non esset danda copia indiciorum.

Tertio,

Tertiò, in criminibus enormibus, in quibus cessant solennitates iuris. Allegationes & fundamenta harum limitationum, vide per te in d.col. viij.& sequen.

DE LITERA R.

REGVLA DCXXXVII.

RATIFICATIO vt valeat, debet fieri infra id tempus, infra quod actus qui debet ratificari, fieri potuisset. Probat tex. in l. bonorum.ff.rem ratam habe.& in l.j.ff.de app.recipie.not. etiã Are. in consi.cxxij.incip.in causa quæ vertitur.in col.ij. qui refert Bal.in authen.hodie.C.de appella.in fi.probat gloss singul. ex qua colliges exemplum in c.vt circa. de elect. in vj.in verbo, adhærentes. quam commendat idem Aret.vbi hanc cõclusionem tenet in l. Pantonius. in colum.iiij.ff.de acquir.hæred.

Limita hanc regulam sex modis, vt per Philip. in d.l. semper qui non prohibet.ff.de reg.iur.in col.fi. Et not.quòd Ioan.Cro.in repe. l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap.pro empto.in col.xiij.& xiiij.ponit quandam regulam sub his verbis, videlicet: fictio translatiua non procedit, nisi ambo extrema sint habilia: videlicet extremum à quo, & extremum ad quod. Pro qua allegat Cyn.post Iacob. & Petr.in l. fin.C.de sen.pas.& text.in d.l.bonorum.ff.rem ra.habe.& limitat eã decem modis quam noluit, tanquã principalem regulam per se scribere: quia & si generalior ista esset, in effectu, tamen & in fundamento d.l.bonorum.videtur esse idem.

REGVLA DCXXXVIII.

REBANNITVS potest impune occidi, donec actualiter sit cancellatus propter probabilem ignorantiam. Ita firmat Ias. referendo Bald.& Paul.& Alb.in diuersis locis in l.si creditoris. in j.colum.C. de fideicommis.

Limita tripliciter, vt per eundem Ias.ibi.

REGVLA DCXXXIX.

RECEDERE à propria significatione verborum legis vel statuti, non est licitum. Text.est in l.j.§.is qui nauem. ff.de exercito.probat tex.in l.non aliter.ff.de leg.iij.ponit Bar.in l.non dubium.in iij. colum.C.de legi.

Limita istam regulam, septem modis, vt per Ias.in d.l non dubiũ. in x.col.& in sequet.quas in summa transcribere libuit.

Primò, nisi mens legis vel statuti aliud suadeat: & hæc limitatio

est

est Barto.d.l.non dubium.

Secundò, quando statutum est fauorabile, quia extenditur ad casum, qui largè & impropriè continetur. quam examinat Ias. ibi.

Tertiò, vbicunque tractatur de fauore publico puta vt delicta puniantur, quia tunc statutum trahitur ad casum improprium.

Quartò propter qualitatem personæ ad quam verba referuntur: quia tunc recedimus à proprietate vocabuli, & intelligimus etiam in casu impropriissimo.

Quintò causa honestatis seruandæ.

Sextò fallit, quia ratio iuncta facit recedere à proprio significatu verborum antecedentium.

Septimò, quia quandoque trahuntur verba ad improprium significatum, vt aliquid operentur.

REGVLA DCXL.

RELATIVVM quis, vel qui, iunctum verbo futuri temporis inducit conditionem. Tex. in l.si debitor.§.verisimile. vbi Bar. ad hoc notat.ff.de contrahen.emp.tex.in l.nuper.versi.fin.ff.de leg.iii.text. in l.Stichum.qui meus erit.ff.de lega.j.vbi Ias.1.col.ponit rationem.

Amplia quinque modis, & limita dupliciter, vt per eum ibi d.col. 1.cum.sequentis media.

REGVLA DCXLI.

RELATIVVM quis, vel qui, iunctum antecedenti sine copula, stat restrictiuè Tex. est in l. ea tamen adiectio.ff.de leg.iii.de quo per Bar. in l.omnes populi.in 1.col.ff.de iusti. & iure.per Bal.in l.præcipimus.C.in prin. de appel.per Angel.in §.ius autem ciuile.in princ. Institu.de iure natura.

Amplia semel, & restringe sex modis, vt per Ias. in l.cunctos populos.in princ.1.lectu. C.de sum.trini.& fide catho.latius per eundem, in ii.lectu.in 1.& ii.col.vbi rescripsit easdem limitationes.

REGVLA DCXLII.

REMISSIO in ciuilibus, non habet locum: Notat Bar. in l.hæres absens.§.f.ff.de iudi.qui dicit de hoc esse casum hodie in c.Romana. §.contrahentes.de foro compe.in vi.& tenent doct.in d.§.contrahentes.idem Bar. in l.sicut.§.fina.ff.de accusatio. & est magis communis conclusio: vt firmat Maria.in c.dilecti.col.xxii. de foro compe.versi. circa tertium articulum.no.Ias.in l.1.in iiii.notab.post Albe.& alios ff.de eo quod cer.loco.

Primò fallit, nisi contrahens renunciaret priuilegio fori, quia tūc fit remissio.Glo.est singul.in l.1.in ver.pro non dato.ff.si quis in ius

voca.

voca.non ierit.quam ibi sequitur Bart. in d.l.hæres absens.in d.§. 1. eam dicit non alibi Bald.in l.cum Archimedoram.in col. 1.ver.quæro de fideiuss.C.vt in poss.legato.& per illam gl.ita limitat Roma.in sing.cclxxix.incip.regula est.quam etiam sequitur & dicit perpetuò menti tenendum.Abb.in c.fin.col.xii.de foro compe.& per illã glo. licet corruptè alleget,& ita limitat Soc.in regula cccxxxvi. incip.remissio.in 1.fallen.& Barba.in c.fin.in col.xix.de foro compet.& ibi Feli.in col.xii.ver.iii.fallit.quem vide, quia facit duas considerationes circa istam fallentiam. & illa glos.communiter tenetur secundũ Alex.ibi in col.pen quasi in fi. & eam dicit singularem ad hoc Ias.in d.l.1.in ii.col.ff.de eo quod cer.lo. qui de eius ueritate se remittit ad dicta per eum super ipsa glo.& per illam glo.ita limi.Pet. de Rauen. in suo alphabeto aureo.litera R.in par.remissio.ubi eam etiam dicit singularem,licet And.ibi,in d.l.hæres.§.1.eam reprobet:cuius opin. dicebat fortè meliorem Maria.ubi supra,qui sublimitat hanc fallentiam,ut ibi per eum. Ex quibus habes bene ornatam hanc primam fallentiam quam satis succinctè descripsit Soci. in loco supra alleg.

Secundò fallit,quando quis iurat seruare promissa,quia tunc virtute istius iuramenti fiet remissio. Ita limi.Socin.ubi supra in ii.fal. & allegat Bart & Bald.in d.l.cum Archimedoram.sed neuter eorum hoc dicit. Ideo aduerte, ꝙ hanc fallentiam posuit genitor suus, doctor celeberrimus,Maria.in d.c.dilecti.col.xxiii.uers.viii.fallit.cuius litera est corrupta,& allegat solum tex.in auth.ei qui.C.de bo.auth. iudi.possi.& posuit ante eum Roma.in d sing.cclxxxiii. vbi tenet ꝙ dicta regula fallit,ubi contrahentes iurant se litigaturos in loco contractus.Posuit etiam Barb.in d.c.fin.de foro compe.col.xix.qui allegat Ang.in d.l.hæres absens.§.si quis tutelam. & remittit se de hoc. ponit etiam Fel.in d.c.fi.col.xiii.circa princ.uersic.quintò fallit.qui refert Ang.hoc tenere in §.si uerò.etiã.in authen.de exhiben.reis.& defendit eum optima ratione à Cardi.qui uidebatur tenere contrarium. Vide Ias.in d.l.1. & in d.ii.col.in 1. limitatione ad istam regulam:ubi dicit eam limitandã.quando debitor promisisset soluere certo loco,& iurasset, nam uirtute iuramenti esset remittendus ad locũ destinatæ solutionis.allegat solum tex.in d.§.si uerò etiam. & sequitur hoc Marcus Anto.in tracta.de uirtu.iuramen.in xl.effectu.& habetur ille tractatus in iii.uol.Tractatuum.

Tertiò fallit, quando quis promisit se repræsentare in certo loco: Tenet Bal.in l.cum Archimedoram.C.ut in possess.lega.& ponit Soc. ubi supra,in tertia fallentia,& Ias.ubi supra,in iiii.fallen. Adde Feli. qui idem sequitur in d.c.fin.col.xiii.uersi.quartò fallit.& secundum hanc fallentiam superflua est quarta fallentia Socin. cum secundum eam iuramentum nihil adderet, cum sola promissio de repræsentando se,operaretur remissionem.

Quartò fallit,quando esset debitor fiscalis,per tex.in l.ii.C.ubi de crimi.agi opor.qua lege motus ita restringit Socin. ubi supra, in v. fallentia.

fallentia. Aduerte tamen, quia allegat corrupte, & lex illa nihil facit, sed debet allegare l.fina.C.vbi de ratio agi opor.& l.fin.C.vbi decur. vel cohar.& ita allegat genitor suus Maria.in d.c.dilecti, de foro cõpe.col.xxiij.versi.quinto fallit.vbi etiam hanc fallentiam descripsit.

Quintò fallit, in causa status, quando existens in quasi possessione seruitutis aufugit ad alium locum, & ibi vendicat se in libertatem:debet enim remitti ad locum vnde aufugit. Ita restringit Maria.in d. col.xxiij.versi.quartò fallit.referendo Cyn.in l.j. & ij.C. vbi de ratioci.& Bald.& Ange.in d l. hæres absens. tenet etiam filius suus in alle.regula, in vj.fallentia, ponit etiam Barba. in d.c.fin.col.xix.ver. quintò limita.de foro compe.

Sextò fallit, si agatur de conditione personæ quæ dicitur astricta alicui corpori, vel collegio à quo effugit. Ita Maria. in d.colũ.xxiii. versi.sexto fallit.per l.ii.C. vbi de curia, vel coharta. refert Ang.in d. l.hæres.§.1.ponit etiam filius suus in alleg.regula, in fallentia pen. cuius litera est corrupta, & ponit Barb.in d.col.xix.versic.vi.limita.

Septimò fallit, quando quis turpiter se occultat, siue habeat bona siue non:Tenet Bar.in d.l.hæres.§.1.& vide Maria.in d.colum.xxiii. ver.ii.fallit.descripsit etiam Feli.in d.c. fin.de foro compet.col.xiii. versicul.vii.fallit.

Octauò fallit, quando reus latitat in alia prouincia, & in loco contractus vel quasi non possidet bona. Ita Bar.in d.l.hæres.§.1.qui ponit hanc limitationem distinctam à præcedenti, licet Maria. in loco proximè allegato vtranque limitationem in vna sola congesserit, quod est contra mentem Bar.idem etiam videtur velle filius suus vestigia patris sequendo:dum in dicta regula, in vltima fallentia refert Bar.& hanc fallentiam ponit Barb.in d.c.fin.col.xix. versic.septimò limita.qui dicit quòd prædictis duobus concurrentibus fit remissio, allegando Bar.vbi supra.

Nonò fallit, quando agitur de reddenda administratione:quia tũc debet quis remitti ad locum vbi administrauit. Ita limitat Maria.in d.xxiii.col.versi.tertiò fallit.per l.1.& ii.C.vbi de ratio. agi.opor.& per glo.ibi:& ita dicit tenere Anto.in d.c.fi.de foro compe.vbi ita tenet Barb.in col.xix. Cuius additionem vide, quia se remittit de declaratione:& ponit etiam ibi Felin.in d.col.xii. versi. fallit primò.

Decimò fallit, propter nimiam cõtumaciam. Ita tenet Maria.vbi supra ver. vii.fallit:referendo Bald.ibi in vltimò not. & tenet etiam Felin.in d.c.fin.col.xiii.ver.vi.fallit.vbi dicit, quòd tunc potest reus personaliter capi, & ad iudicem duci, referendo Bald. in l.consentaneum.C.quo.& quan.iudex in viii.not vbi hoc tenet per tex.ibi quẽ ad hoc dicit non alibi, cuius additionem vide: & ponit etiam Barba. in d.col.xix.versi.iii limita & posuit ante eos Roma. in d. sing.280. iii.fallen.iii.allegat. d.l.cõsentaneum.& Bal.ibi, quod dicit pulchrũ.

Vndecimò fallit in vagabundo. quia potest vbilibet conueniri. Ita limitat Feli.in d.c.fin.col.xii.ver.secundò fallit.vbi ad hoc refert Bal.

quod

quod tamen relinquid cogitandum, quia ex eo quòd possit vbilibet conueniri,non probatur quòd sit remittendus. Et in materia quis dicatur vagabundus.& vbi fortiatur forum,vide nota.per Maria.in d. c.si.xx.col.de foro cōpe.vers.primò igitur quæro, & p totā col.seq.

Duodecimò fallit, nisi quis esset obligatus per instrumentū cōfessionatū:quia tunc habet locū remissio.Ita dicit solus Barb. in d.col. xix.versi.8. limita. motus ex eo quod not.Bald. in l.j.C. de sen.quæ pro eo quod interest proferun. vbi secundum eum dicit quòd obligatus per instrumentum confessionatum tenetur præcisè.

Decimotertiò fallit in casu text.in §.necessitatem,in Authent.vt iudi. sine quoquo suffra.secundū Ioan.And.in d.§. contrahētes. quē refert Maria.sic limitans hāc regulā in d.col.xxiii.versi. nono fallit.

Decimoquartò fallit, quando lis esset inchoata in loco destinatæ solutionis, quia tunc ēt in ciuilibus causis fit remissio personalis ad locum iudicii inchoati.Tex.est in l.consentaneū.C. qño & quan.iudex.quem ad hoc ibi notat Bal. in vii.notab. & dicit quòd ille text. est ad hoc sing.nec est alibi in iure:vt refert Ias.qui ita limitat hanc regulam in d.l.j.col.ii.ff.de eo quod cer.loc.in ii.limita.

Decimoquinto fallit, quādo debitor promisisset soluere in aliquo loco, & certo & limitato tempore, vt fingatur per dolum abesse. Ita limitat Ias. in dicta colum. 2. in quinta limitatione ad istam regulam,referēdo Inn.in c.si aduersarius.de eo qui mitt.in pos.& Bal. in c.j.in colum.4.de mili.vassa. qui cont.in vsib. feud. Et aduerte quòd Ioan.Fran.de Ripa in c.j.de iudi.in col.xxix.colligit ex dictis per Abb. ibi regulam, quæ talis est: promissor non potest conueniri in loco destinatæ solutionis,nisi ibi reperiatur.Ampliat quinque modis, & limitat aliis duodecim limitationibus quæ omnes fere sunt ex supra dictis,& quia illa regula est similis in materia huic, ideo nolui illam per se ponere.

REGVLA DCXLIII.

Rescriptvm impetratum tacens de sentētia quæ transiuit in rem iudicatam,est subreptitium:Bonus tex.in c.exposita. de arbi. & ibi doct.gl.in c.super literis.de rescrip.

Amplia vno modo,& limita dupliciter,vt per Felin.ibi.8.col.

REGVLA DCXLIIII.

Rescriptvm nō valet,vbi lex canonica vel ciuilis habet clausulam derogatoriam ad rescripta: nisi faciat mentionem de illa lege specialiter,vel saltē per uerba equipollentia.Istā regula colligit Feli.in c.nonnulli.de rescrip.col.3.vbi allegat docto.sic tenentes, & iura quæ sic debent intelligi secundum eum.

Amplia sex modis,& limita quadrupliciter, vt per eum ibi, col.v. & quatuor sequen.vbi latissimè.

REGVLA DCXLV.

RESCRIPTVM secundum, tacens de primo. non est nullum, sed exceptionis ope annulandum. Communis est regula secundum Feli. in c.cæterum.de rescrip. & ab omnibus doctoribus approbata, excepto Andr.Sicu.cuius motiuis, satisfacit Feli.vbi supra col.v.vbi etiã confirmat communem conclusionem.

Limita dupliciter, vt ibi.col.vi.

REGVLA DCXLVI.

RESCRIPTVM non vitiatur falsa latinitate.Tex. in c.ad audientiam.de rescrip.

Amplia quinque modis, & limita vndecim, vt ibi per Fel.

REGVLA DCXLVII.

RESCRIPTO potest impetrator renunciare inuito aduersario. Communior conclusio est in hac parte secundum Feli. in rub.de rescrip.col.2.allegat Bal.in l.j.C.vt lite penden.Maria.in c.fi.iii.col.de crim i.falsi.

Amplia vno modo, & limita quinque casibus, vt per Feli.ibi, quos restrinxit vno casu.vide per eum.

REGVLA DCXLVIII.

RESCRIPTVM contra legem, etiam non habentem derogatoriam clausulã, non valet. Ita regulariter esse præsupponunt Io.And. Ancha.& Dominic.in c.vno.de excess.pręla.lib.vi.bona gl.verbo noscant.in c.j.de cõsti.lib.vi.tenet Abb.in c.nõnulli.de rescrip.vbi Feli.aliqua dicit circa hanc conclusionẽ, & allegat Oldra.consi.336.cũ sequen.vsque ad fi.vbi loquitur copiosè de hoc.

Amplia dupliciter, & limita nouem modis, vt per Felin. ibi col.x. per xii.sequentes, vbi sublimitat aliquas ex dictis limitationibus, & ponit plura notanda.

REGVLA DCXLIX.

RES insolutum si detur pro maiori quantitate debiti, vitiatur in totum datio in solutum.Tex. vbi Bar.& scribẽtes in l.si non sortem. §.si centũ.ff.de condi.indebi.vbi Iaf.& idem Iaf.in l.j.§.sed & si mihi.ff.de verb.oblig.tex.in l.cũ amplius.ff de reg.iur. vbi Decius.

Limita tripliciter, vt per Deci.in d.l.cum amplius.quarum vnam tantum Iaf.in d.§.si centum.posuit.

Regula

REGVLA DCL.

Res si bene geritur cessantibus solennitatibus, quæ alias requirebantur, valet actus qui alias non valeret, si male gereretur. Istam dicit pulchram conclusionem Feli. in c.causam. el j.de iudic.in col.v. circa fi. quam ibi colligit ex dictis per eum, & ex dictis docto. & comprobat eā aliquibus iuribus: pro qua inter alia allegat text.in c.quia quibusdam.de fideiusso.& g l.in c.j.in gl.fi.de schisma.

Limita tribus modis, vt per eum in col.seq.

Primò, vbi solennitas est introducta pro forma, vt in alienatione rei ecclesiasticæ: & regula procedit, quando non pro forma, sed mere in fauorem prohibiti, quam limitationem colligit ex his quæ scribit Bal. in l.fi §.necessitatem.C. de bonis quæ libe. & Abb.in c. tua. in col.2.de his quæ fi.à præla.

Secundò limitat, nisi solennitas esset introducta ad conseruandum iuris rigorem.

Tertiò, in casu l.3.§.in bello.ff.de re milita: vbi egressus aciem capite punitur. licet bene gesserit.

REGVLA DCLI.

Residui appellatione, totum continetur. Text.est in l.2.C.de hære. instituen. concordat text. in l.quòd si meuius.cum l.præce.ff. eod.titu.

Amplia idem esse in dictione cæterorum, & in dictionibus superfluum, reliquorum, & amplius, & plus: vt per Ias.in d.l.2.col.j.

Limita triplici modo, vt per eundem Ias. ibi in d.col.j.& seq.

REGVLA DCLII.

Restitutus ex banno ad bona, non recuperit per fiscum alienata. Card.in c.quia diligentia.de electio. per tex.in c.quamuis, de rescrip.lib.vi.& per tex.in c.j.de parroch.& in c.ex tuæ. de cleri.nō residen.& in c.inter quatuor.de maior.& obed.Bar.in l.Gallus. §.& quid si tantum.de libe.& posth.

Limita hanc regulam dupliciter, vt per Felin.in d.cap.super eod. colum.j.

REGVLA DCLIII.

Restitutio in integrū infra quadriēniū peti, & finiri debet: Vt in l.fi C.de tēpo.in integ.rest.petē. probat tex.in l.fi C.de repud. hæred.& in c.j.de in integ.rest.in vi.& in clemen.vna, eod.titu Nec perpetuatur litis contestatione, vt voluit glo.in d.l.fin. in verbo, fi-

niendam.& in c.tum ex literis. in gloss ii. de in integ.restit. Quod procedit intantum, quòd restitutio concessa post quadriennium, est nulla: tenet glo.in d.clem.vna.in verbo,finiri. quam dicit Abb. non habere sociam in iure canonico, & sequuntur eam ibi Paul. Imola, & Anchar.

Limita primò, quando propter subterfugia partis aduersæ, esset eius cognitio impedita Tex.est in l.intra vtilem.secundum Bart ibi. in ij.col.ff.de minor.vel facto iudicis, vt voluit vtrunque gl.in d.clemen.vna.in verbo,finiri.& notat Abb.in d.c.tum ex literis.4.col.notando ad hoc gl.ibi:& refert Ioan.And.ibi idem tenentem,& ponderat tex.in d.c.j.dum dicit negligenter. & generaliter: Nota quòd non currit dictum quadriennium impedito facto iudicis vel aduersarij. Notat Feli.in c.j.col.pen.de præscrip referendo Abb.in d.4.col. & Car.in clem.vna.q.25.de restitu.in integr.

Secundò fallit, quandiu durat vita, seu iurisdictio iudicis qui tulit sententiam, contra quam restitutio debet peti, quia propter verisimilem timorem, tunc non currit quadriennium: tenet Abb.notando multum dictum Inno.ibi ad hoc, in d.cap.tum ex literis.in 3.col. quod sequitur Feli.in d.c.j.de præscrip.d.col penul.

Tertiò fallit, si restitutio sit petenda per ecclesiam contra cõtractum, quo fuit læsa, & viuat ipse prælatus qui illum celebrauit: & sic qui malè alienauit: quia tunc non currit quadriennium. Gloss.est in d.c.j.de resti.in integ.in vi.in verbo,causa, quã sequitur Abb.in d.3. col.& tenet Card.in d.clem.vna.de iu integ.resti.in xxvi.q. quod dicit singulare Feli.in d.c.j.de præscrip.col.pen.referendo Abb.vbi supra. & plures alios: & illam glo.dicit communiter approbari à doct. Gemi. ibi, vt refert Balbus in tracta. de præscriptio. in quinta parte prin.col.x.versi.sed est notandum. qui plus dicit, quòd ista conclusio videtur non posse procedere, tanquam superflua, stante alia conclusione pro vera videlicet quòd viuo prælato, qui male alienauit, non currit præscriptio contra ecclesiam, & sic quòd impossibile est quòd currat quadriennium veuente illo, si præscriptio non currit.

Quartò fallit, quando petitur restitutio aduersus sententiam in quo nunquam transit in rem iudicatam, vt in causa matrimoniali, quia tunc etiam post quadriennium potest peti: Tenet Feli.in c.lator col v.in fi.de re iudi.pro quo refert Butri.in c.ex parte. de resti. spolia.dat rationem, quia quotidie affert præiudiciũ animæ obseruãtia talis sententiæ erroneæ, quod ipse cõmendat:& prædictã cõclusionẽ Ant.sequitur idẽ Feli.in c.accepimus.col.ii.de fide instrum.

Quintò fallit, qñ minor impetrauit veniã ætatis suæ in vigesimo anno: quia tunc per totũ subsequens quinquenniũ, potest petere restitutionẽ de gestis intra vigesimũ annum. Tex.est qui hoc notabiliter probat in l.ea quæ.in prin.C.de tempo.in integ.resti.peten.

Sextò fallit, nisi ille cui competeret restitutio esset in probabili ignorantia læsionis, quia quandiu sic est, non currit sibi quadriẽniũ: per

per sing.dictum Bal.in l.falsam.C.si ex fals.instru. & per ea quæ notat Cardi.in d.clem.vna.fi.col.versic.5. quæro. Et illam sententiam Bald.dicit perpetuò cordi tenendam Ias.in authen. quas actiones. C.de sacrosan.eccl.x.col.vbi refert plures eam commendantes, tenet etiam idem Iacob de sancto Georg.in l.petendæ.C.de tempo. in integ.resti.peten.Hanc etiam conclusionem firmat Balb. in suo eleganti tracta.de præscript.in iiij.part.iiij.partis princip.in q.xxix. in col.fi.illius quæstionis,vbi refert plura consilia Alex.ad hoc, & Corneum in consi.cxliiij.me subscripsit.2.volu.& in 5.par.princ. in col. x.versi.sed est notandum.

Septimò fallit, ingrauamine habente causam successiuam quia tunc etiam vltra quadriennium posset peti restitutio. Ita voluit Feli.in c.accepimus.de fide instru.in col.2.in cuius fauorem faciunt ea quæ cumulaui infra in regula incip. vniuersitas non dicitur.in secunda limitatione.

Octauò fallit,quando læsio esset vltra dimidiam iusti prætij, quia tunc ecclesia, populus vel Rex potest vsque ad .xxx. annos petere restitutionem à die alienationis. Ita est lex singularis huius nostri Regni,in vj.par.tit.fi.l.fi.

Nonò fallit, si læsio fuit causata ex cursu temporis, quod est minus quadriennio, quia tunc debet necessario peti restitutio infra tantum tempus, quantum est tempus læsionis, & non vltra. Ita tenet glo.in l.sed & si per prætorem.§.quoties.ff. ex quibus cau. maio.& in l.diuus.ff.de in integ.restit.& in l.interdum.de mino.ff.& in l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.ff.ex qui cau.maio. & hoc firmant ibi Barto.idem & Bald.Angel.Salice.& communiter Docto.in l.superuacuam.C.de tempo.in integ.rest i.peten.ita firmat Balb.per dicta in tract.præscript.in j.par.vi. partis prin.x.col.verb.interdum verò. quod limitat in col.seq.in ecclesia,per tex.in clemen.j.de restitu.in integr.

Decimò limita quando læsio est enormissima.quia illa operatur, quòd lapsus quadriennij non noceat, Notat Feli. in c.j. de præscr. in col.pen.allegat gl.in c.j.de resti.in integ.in 6.& refert plures doctores qui adhæserunt huic sententiæ.

REGVLA DCLIIII.

REVS licet absoluatur ab instantia iudicij, tamen debet pronunciari super iure actoris. Fundatur ista regula ex.l.si à te.§.j.ff. de excep.rei iudic.& colligit eam Feli.ex dictis per Abba.ibi, in ij. notab in c.examinata.de iudi.in j.col.

Limita tripliciter, vt per Feli.ibi,Primò,nisi prius constet de incertitudine intentionis actoris,quàm de ipsius iure. Ita dicit tenere Abb.post Cardinalem ibi.

Secundò, vbi actualiter non competit rei vendicatio, quia actor

possidet,quia tunc non declaratur de iure suo,etiam si constet,regula autem procedit, quando actualiter competit rei vendicatio . sed non contra eum,quia tertius possidet,& pro hoc refert Imo. ibi .

Tertiò limita , vbi sciret actor eum non possidere . vel detinere , quia tunc non potest sequi sententia , quam absolutoria ipsius rei conuenti , pro quo allegat Mathesil.sing.cxxxviij.incip. nota ꝙ si reus.cuius bonam additionem vide .

REGVLA DCLV.

REVS dicitur necessarius ille , ad quẽ expressè dirigitur actio , vel qui specialiter vocatur ad iudicium. Doctrina Inn. aurea in cap. cum inter priorem.de excep. quam sequitur commendando Felin. ibi colum.6.vbi plurima cumulat pro ea.

Limita hanc conclusionem tripliciter,per Feli.vbi supra. vij.col. & secundam limitationem confirmat,& defendit optimè.

REGVLA DCLVI.

REO & actori pariter fauetur circa media causæ, & sic circa processum,Notat Azo.in summa,de reb.dub.& gl.in ca.cum ad sedem. de resti.spo.vide Bar.in l.inter stipulantem.§.j.ff.de verbo. obliga. Bar.in l.qui accusare pen.col.C.de ędem.

Limita tripliciter,vt per Ias.in l.de die.in col.3. ff.qui satisd.cog.

DE LITERA S.

REGVLA DCLVII.

SACERDOS non potest esse tabellio, Vt in c.sicut.ne clerici vel mona.Bart.in l.vniuersos.C.de decurio.lib.10. idem & alij in l.seruus.ff.de testamen.

Amplia idem esse in clericis, in minoribus habentibus sufficiẽtia beneficia,Tenet Flo.in 3.par.tit.xiij.c.2.§ fi. mouet̃ ꝑ c.j. de postu.

Limita nouem modis, vt per Ias.in l.j.in pen.col.ff.de iusti.& iure. quorum vltimum libuit referre,videlicet ꝙ licet non possit esse tabellio,si tamen instrumenta conficeret,tenent.Ita Bar.in d.l.vniuersos.& Ant.in c.fi.in vlti. col. de constit.hoc tamen relinquit ipse cogitandũ.Vide eũdẽ Ias.in l.patre furioso.ff. de his qui sunt sui vel alie.iur. in iiij.col. vbi hanc conclusionem descripsit inter alias sibi similes,quę licet fieri prohibeantur,tamen tenent,si fiant.Sed tu vide Alexan.vltra eum in l.prætor.§.j.colum.j.de æden.vbi dicit ꝙ instrumenta sic confecta,nõ sunt, nisi specificè sit inhibitũ clerico vel

monacho

monacho à superiore, officiũ tabellionis, & vide ẽt Deci. in regu. in ambiguis. in §. nõ est nouum ff. de reg. iu. j. col. vbi simpliciter tenet ꝙ instrumenta valeant, pro qua vltra prædictos alleg. Roma. consi. 409. quo ad primum. in ij. dubio.

REGVLA DCLVIII.

Sanctorum parũ dicta sunt imitanda. Tex. est in c ne innitaris. de cõstit. in c. j. xx. dist. tex. in c. cũ apostolica. vbi Abb. de his quæ fiunt à præla. no. Inn. in c cum venerabilis. de excep. col. iij. bonus tex. in c. sunt nonnulli. versi. sanctorum patrum. xvj. q. j. & c. sancta. xv. dist.

Limita tripliciter, vt per Felin. d. c. ne innitaris. vbi etiam ponit tres casus quibus dicta sanctorũ præualent scriptis Papæ, si meliori rõne fundantur, qui casus deseruiunt pro limitationibus ad vltimã limitationem ibi per eum traditam.

REGVLA DCLIX.

Satisfacere si aliquis promisit in cõtractibus, intelligitur promittere, quòd soluet. Vt in authen. si quando. C. de constit. pecu. & probat tex. in l. ꝙ si nõ soluere. ff. de pign. & in l. rescripto. §. planè. cum gl. ff. de mune. & hono.

Limita dupliciter, vt per Ias. in l. j. col. j. ff. qui satisda. cog. qui dictam conclusionem confirmat post Bar. & alios.

REGVLA DCLX.

Satisdandi impotentia operatur, quòd stetur iuratoriæ cautioni. Notat gl. in l. j. ff. qui satisd. cogan. in gl. fideiussoribus. per tex. in §. sed hodie. Insti. de satisd. & in auth. generaliter. C. de epis. & cle.

Limita xiiij. modis, vt per Ias. in d. l. j. col. fi.

REGVLA DCLXI.

SEDE vacante, non agitatur causa ecclesiæ cathedralis, Colligitur ex notatis in c fin. ne sede vacan. notat gl. in clem. fin. de procucur. & Inno. in c. cum dilectus. de consuet.

Amplia tripliciter, & limita quinque modis, vt per Feli. in c. edoceri. col. 6. de rescrip.

REXVLA DCLXII.

Sententiæ appellatione, propriè non comprehenditur interlocutoria. Probat istã regula in rub. C. de sen. & interlo. om. iudi. pro-

propter copulam & ibi positam, quæ ponitur inter diuersa. vt in gl. rub.ff.de iur.& facti ignoran.& c.querelam.de simon.

Limita tripliciter, vt per Ripam in rub.ff.de iudica.2.col.

REGVLA DCLXIII.

Sententia in criminalibus, statim mittenda est executioni. Tex.in l.cum reis.C.de pœn.Specu.titu.de dila.§.j.ver.executione. Feli.in c.quærenti.de offi.deleg.Ias.in l.debitoribus.ff.de re iudi.

Limita xxij.modis, vt per Io.de Neuizanis in sua silua nuptiali, fol.xviij.in paruis.nu.92.cum alijs seq. Quarum septem Ias. duodecim verò Feli.vbi suprà, posuerunt.

REGVLA DCLXIIII.

Sententia vbi alteri præiudicat, nō tamen transactio, compositio, vel compromissum præiudicat: Notat Abb.post Inno.in c.auditis. in col.8.de præscri.& Mathesil. in sing.xxvj.

Limita dupliciter, vt per Felin.in ca.quamuis. in col. antepenul. de re iudic. vbi etiam alio & tertio modo conatur restringere, licet non se firmet.

REGVLA DCLXV.

Sentētia si apparet lata, & non apparet fuit lata parte instante, est ipso iure nulla Tenet Bart. & alij in l. vna C. vt quæ desunt aduoca.Ang.& Imo.in l.de vno quoque.ff.de re iudic.

Limita quatuor modis, vt per Ias.in l.properandum §.& si quidē j.col.de iudic.

Primò, in causis fiscalibus, per tex.in l.ij.§.senatus.ff.de iure fisc. quem ibi ad hoc no.Bar.& reputat mirabilem.

Secundò, quando sententia lata, causa deuoluitur ad Papam per appellationem, quia tunc Papa ex officio suo, potest etiam parte absente procedere ad sententiam, no. Alex.in d.l.vna.col.penul. post Ang.& Imo.vbi supra, quos refert Ias.in d.j.col.

Tertiò limita, nisi iudex videat perire instantiam causæ, quia tūc, ne iudicium agitatum reddatur illusorum, potest ferre sententiam, etiam neutra parte petente.

Quartò, quando ambæ partes sunt præsentes, & sententia fertur pro actore, quia tunc valet sententia, quamuis aliter non appareat ex processu, quòd actor petierit eam à iudice, ex rōne de qua per eū.

REGVLA DCLXVI.

Sententia lata super expensis, dicitur interlocutoria. Glo. est, quam

quam ibi notant doct.in l.quod iussit.ff.de re iudi.Ego aliàs legendo dedi sibi consociam,licet à doctoribus non commendatur in c.quære lam.in glo.fin.de procu.& ita dicit communiter teneri Alexan. in d. l.quòd iussit.in 3.col.

Limita dupliciter,ut per eundem Alex.ibi,Primò,nisi sententia su per expensis feratur una cum diffinitiua,quia tunc censetur esse pars diffinitiuæ. ita refert uoluisse notabiliter Ange.in l.Paulus.la 1.ff.de re iud.& Sali.in l.post sententiam.C.de senten. pro contraria tamen parte allegat Bal.& Imo.& eis uidetur assentiri.Vide Feli.in rubr.de re iudica.col.8.qui ponit hanc limitationem , & allegat pro ea eosdẽ Ang.& Sali.ubi supra,& Ang.in aliis duobus locis , & Philip.& Ancha.& de contraria opinione non meminit,unde uidetur eorum sententiæ adhærere.

Secundò limita , nisi expensæ principaliter peterentur de per se in iudicio,quia sententia lata super expensis,erit diffinitiua,pro quo allegat Imo.in d.l.Paulus.& ponit Feli.ubi supra.

REGVLA DCLXVII.

Sententia interlocutoria qua finitur iurisdictio iudicis,puta quia pronunciat se incompetentem,uel non esse procedendum ad ulteriora,vel qua absoluit conuentum ab obseruatione iudicij,reuocari non potest per iudicem.Tex.est notab.in c.significantibus de offi. deleg.& in cap.iudex ab apostolica.§.1.in fi.col.eod.titu.lib.6.notat Abb.in c.cum cessante.2.col.in fi.de appella.& ponit hanc conclusionem Felin.allegando plura pro ea in c.qualiter. el 1.col.5. ver.fallit prædicta regula.de accusatio.

Limita quatuor modis,ut per eum de Feli.ibi.

REGVLA DCLXVIII.

Sententia lata per ordinarium,qui per errorem iudicat ut de legatus,cum non est , est nulla. Notat Specula.titu.de sent.prola.§. quoniam.uersi.quid si dixit.Bar.in l.1.versi. tu dic.C.qui pro sua iurisdi.& uide glo.auream in c.ex literis.de offic.delega.in glo.fin.quã ibi not.Abb.& extollit Imo.col.pen.

Limita quadrupliciter,ut per Feli.in c.cum ex officij.col.10.& sequen.de præscrip.qui pro regula copiosè allegat.

REGVLA DCLXIX.

Sententia in qua dicit iudex,pronuncio prout in consilio,ualet.Notat Lud.Alex.& Aret.in l.1.§.1.ff.de uerbo.obliga.Albe.Bal. Ang.Sali.& Pau.in l.1.C.si aduersus liberta. facit gloss.notab.in l.& puto.§.Iulianus.in uer.communiti.ff.fami.hercis.

Limita quatuor modis,ut per Feli.in c.cum venerabilis.de excep. in col.antepe.quem uide prius in col.præcedenti.ubi plures doctores citat ad augendam huius regulę authoritatem, quod referre, & tibi esset fastidium,& mihi onus.

REGVLA DCLXX.

Sententia lata, liberatur fideiussor de iudicio sisti. Colligitur ista regula ex glo.in l.fideiussor.§.in fideiussorem.ff.qui satis.coga.in uerbo,promisit. Ex quo ueniunt, duo effectus.Primus,quòd talis fideiussio non durat in executione sententiæ, ut in l. Grece. §. post litem.ff.de fideius. Secundus,quòd non durat in causa appellationis,ut est gloss.nota.in authen.de his qui ingre.ad appel.in princ. notat Bar.in l.cum apud.ff.iudi.sol.

Amplia quadrupliciter,& limita dupliciter,ut per Iaf.in d.§. in fideiussorem.colum.2.

REGVLA DCLXXI.

Sententia lata super exceptionibus,est interlocutoria. gloss. magistra in clemen fi.in glo.secunda.de appel.Bal.in l.staturis.C.de senten.ex peri.reci.& in l.1.ad fin C.commi.vel epist.Cald.in cōsi.6 titu.de re iudi.Pet.de Anc.consi.409.

Limita dupliciter,ut per Feli.in rub.de re iudica.col.6.nu.8.& 9.

REGVLA DCLXXII.

Sententia debet ferri super toto eo quod petitur, aliàs non ualet,ut in l.in hoc iudicio.ff.famili.hercis.& in l.etiam.ff.de minori.

Limita quatuordecim modis,ut latissimæ per Feli. in c.cum inter. de re iudica.3.in fine,cum quatuor sequentibus.

REGVLA DCLXXIII.

Sententia omnis,siue diffinitiua sit,siue interlocutoria,requirit quòd feratur partibus præsentibus,vel legitimè citatis.

Limita istam regula decem & nouem modis, ut per Iaf. in l nec quicquam.§.ubi decretum.in col.4.ff.de offic.proconsu.vbi ipse firmauit hanc regulam & uide Alex.in l.de vno quoque.ff.de re iudica. ex quo colliges decem limitationes ad hanc regulam,saltem dum loquitur de diffinitiua,& uide Anto. Nicellum in concordijs glossarū iuris ciuilis & canonici,in concor.52.qui in col.2.ponit supra dictam regulam,& refert omnes limitationes Iaf.ubi supra;eis aliqu id addo,& postea plures alias limitationes ponit quibus fiunt cētū & qu i decim limitationes ad istam regulam, quas per 37.col.prosequitu.

Regula

n

REGVLA DCLXXIIII.

SENTENTIA lata super principali, uidetur reiicere exceptiones non compassibiles cum ea, compassibiles tamen, remanent in suo robore. ita Abb. in cap. suborta, de re iudica. Pau. de Castr. in l. quòd in diem. ff. de compensa. ornat hanc regulam Feli. in d. c. suborta. col. 3.

Limita octo modis, ut per eum ibi, col. 4. cum duabus sequētibus.

REGVLA DCLXXV.

SENTENTIA qua aliquis uenit declarandus aliquam pœnam (ipso facto impositam) incurrisse, citationem exigit. Glo. est in clemen. præsenti. de censi. & in clem. de pœn. quas ad hoc allegat Feli. in cap. cum non ab homine. de iudi in col. 6.

Limita tribus modis, ut per eum ibi, & uide melius per eundem in c. 2. col. 1. de sponsal. ubi hoc limitat quatuor modis, & bene loquitur in materia, uide eundē Fel. in c. parochianos. de senten. excō. vbi hoc limitat quatuor modis, & uide eundē Feli. in c. Rodulphus, de rescrip. in parte, citari. col. 26. nu. 41. ubi ponit tres limitationes.

REGVLA DCLXXVI.

SENTENTIA si per iudicem appellationis fuerit confirmata, per ipsum est exequenda. Gloss. in c. pastoralis. in verbo, discussa. in fin. de offi. delega. alia in l. si quis priore. ff. ad Trebellia. & in §. sec. si quis priore. Inst. quib. mod. testa. infir. & ita dicit communiter tenet Alex. in l. à diuo Pio. 10. col. ff. de re iudica.

Limita dupliciter, ut per eundem Alex. ibi, in col. 11. nu. 21.

REGVLA DCLXXVII.

SENTENTIAM regulariter non uitiat falsa causa expressa in ea, nisi per appellationem, uel alio remedio rescinbatur. Ita sentit glo. in l. is ad quem. ff. de acquir. hære. vbi latè 1 mo. idem post Ang. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in col. 13. versi. & pp prædict. ff. de uerb. oblig.

Limita septem modis, ut per Feli. in cap. sicut. de re iudica. col. 10. cum duabus sequen.

REGVLA DCLXXVIII.

SENTENTIA lata ex probationibus priuilegiatis, nunquam trāsit in rem iudicatā, q̄n semper possit retractari ex probationibus melioribus. Notat Inn. in c. tua. de cohab. clerico. & mul. in glo. magna, in uerbo, sed est mirabile. q̄d reputat miraudū, & sequitur Ang. in l. j. C. sen.

C.sen.rescindi non pos.& in l.diuus Traianus.ff.de re milita. & in l.sub specie.C.de re iudica.

Limita hoc procedere in probatione,priuilegiata, procedente inuita parte,secus in ea quæ procedit ex mera uoluntate partium. Ita limitat Ias.in l.admonendi.in col.10.ff.de iureiur.

REGVLA DCLXXIX.

Sententia tempore pronunciationis ab ipso iudice, legi debet. Probat tex.in ca.fin. de re iudica.in 6.Bal.in l.hac consultissima. C.qui testam.fac pos.

Limita duobus modis,ut per Bal.vbi supra.& per Domi.in d.c.fin. vbi limitat tribus modis.

REGVLA DCLXXX.

Sententia lata non visis actis,vel sine præuia causæ cognitione,est ipso iure nulla. Hanc regulam ponit Felin.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.col.6.ad finem,de constitu.quam probat ueram terdecim fundamentis,per duas col.seq.

Limita hanc conclusionem sex modis notandis, ut per Feli.ibi,colum.9.cum seq per quas reducuntur ad concordiam octo oppositiones seu fundamenta pro contraria parte adducta, per eundem Felin. ibi,col.quinta.in fi.cum seq.

REGVLA DCLXXXI.

Sententia lata contra procuratore offerentem se liti sine mandato,traditur executioni contra eum,Probat tex.in l.4. in prin.de re iudica.& l.Plautius.ff.de procurato.

Limita dupliciter,ut per Roma Alexā. & Ias.in d.l.4 in prin.Primò,nisi proculator iusto errore putasset se habere mandatum, uel si credebat mandatum quòd habebat, esset legitimum,cum non esset, & hoc etiam iusto errore.

Secundò fallit quando aduersarius sciret offerentem se liti carere mandato. Iura quæ ipsi allegant,uide per te.

REGVLA DCLXXXII.

Sententiam pro se lata, non licet allegare in iustam esse, eo quia allegare turpitudinem propriam, non est licitum. Text. est in l. si seruus. §. si hæreditas. ff. de legat. 1. faciunt notata per Bartó.& doctor,maximè Ias. in l. si iusiurandum & ad pecunias. §. procurator.ff.de iureiur.glo.& doct.in c. inter dilectos.de donatio.

Amplia uno modo, & limita duobus hanc regulam, ut per Ias. in d.§.si hæreditas.col.2.nu.4.& 5.

Regula

REGVLA DCLXXXIII.

SENTENTIA lata cõtra absentem, præsumitur lata magis ratione contumaciæ, quam ex eo quòd in iustam causam habuerit: Text. notab. in l. si ideo. ff. de euict. & probat tex. in l. Papinianus. §. meminisse. & in l. qui repudiantis. ad fi. ff. de inoffic. testa. Et vide Card. in clem. j. col. iiij. de re iudica & corrobora istam regulam, vt per Fel. in loco infra allegando, qui gloriatur de examinatione huius regulæ.

Limita quinque modis per Felin. in c. cum Bertoldus. in col. viij. cum tribus sequen. de re iudica.

REGVLA DCLXXXIIII.

SENTENTIA lata contra notorium facti, non est nulla, sed debet retractari: Tenet Bal. in l. fin. col. j. versi. sed quid si iste. C. ne fil. pro pat. & in l ciues. C. de appella.

Limita tripliciter, vt per Feli. in c. per tuas. ij. col. de senten. excõ. quem vide pro ipsa regula principali, quia refert prius plures contrarium tenentes, licet tandem cum opinione Bal. resideat.

Sententia. vide supra in verbo, ordinarius, & in verbo, iudex. lo. ij. iij. iiij. v. & ix.

REGVLA DCLXXXV.

SEQVESTRVM euitatur satisdatione. Ponit istam regulam Fel. post Ioan. And. in c. examinata. de iudi. col. vij. prope fin.

Limita quinque modis, vt per eum ibi, & col. sequẽ. & eam limitat Ias. iiij. modis. l. si fideiussori. §. fin. col. antepen. ff. qui satisda. cogan. quorum vltimus differt à positis per Feli.

REGVLA DCLXXXVI.

SERVVS acquirit domino, etiam inuito. Tex. in l. seruus vetante. ff. de verbo. obli. & in l. etiam inuitis. ff. de acquir. rer. domi. & glo. in d. l. seruus. vetante. allegat concordantes tex.

Limita duob. modis hanc regulam, vt per Ias. in d. l. seruus vetãte.

REGVLA DCLXXXVII.

SERVITVS habens causam discontinuam, non acquiritur per præscriptionem. Text. est in l. seruitutes. la iij. ff. de serui. titulo generali. vbi Bart. Ange. & alii. Bar. in l. j. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. omnes doct. in l. ij. C. de serui. & aqua.

Limita tripliciter, vt p Fel. in c. de quarta. antep. col. nu. 41. de p̃sc.

REGV-

REGVLA DCLXXXVIII.

Servi capacitas vel incapacitas, pendet à capacitate vel incapacitate domini. Text. est in l. mihi & tibi. § regula. ff. de lega. j. vbi casus planus per quem ibi Iaſ. confundit deciſionem notabilem Bar. in l. iij § hoc autem. ff. de lega. præſt de qua ibi egregiè diſputat.

Limita hanc regulam tribus notandis modis, vt per Iaſ. vbi ſupra, colum. ij. vſque ad fin.

REGVLA DCLXXXIX.

Solennitates requiſitas à canone in alienatione rei eccleſiaſticæ, non poteſt conſuetudo diminuere. Iſta eſt communis concluſio doc̄to. per tex. in c. cauſa. de re iudica. cum gloſ. ibi. & in cap. j. de conſue. & in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. & ponit Abb. in c. nulli. de reb. eccle. non alienan. & ibi Imol. in col. ij.

Limita xii. modis, vt per Feli. in d. c. cū cauſa. col. 4. cum duab. ſeq.

REGVLA DCXC.

Solvendo quotieſcunque quis habet regreſſum contra aliū ſi non vult ſoluere de ſuo, ſoluet de bonis illius contra quem habet regreſſum. Regula eſt, quam faciunt doc̄to. per tex. in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. manda. vbi probatur quòd fideiuſſor conuentus poteſt ſoluere de bonis ſui debitoris. Prædic̄tam reg. firmat Fel. in c. olim. iij. col. de accuſatio. dicens ita firmare doc̄to. per prædic̄tū tex. quem ad id quod ſupra dic̄tum eſt probari ex eo notat ibi Bar. & Paul. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ff. ſi quis cautio. Bald. in authen. qua in prouincia. in fi. verb. C. vbi de crimine agi opor. Abb. in c. cum inter. col. penul. de excep. poſt Ioan. Andr.

Limita iſtud non procedere in procuratore ad iudicia. Ita Bal. ſic reſtringendo d. § ſi ignorantes. in d. auth. qua in prouincia. in fi. & ſequitur Feli. in d. iiij. col. vbi ipſe ponit alias duas limitat. ad d. regu.

REGVLA DCXCI.

Spoliatvs à iudice non petit reſtitutionem, prout petit ſpoliatus à priuato, quia præſumitur pro iudice. Glo. fin. in c. præſentiū. vij. q. j. notat Archi. in c. quia præſulatus. j. q. iiij. Abb. in c. licet ex ſuſcepto. vij. col. de foro competen.

Limita tripliciter, vt per Felin. in c. dilec̄tus. el j. de reſcrip. Et vide eundem Feli. in c. cum cauſa. de offi. delega. vbi ponit eaſdē limit.

Primò, quando iudex procedit extraiudicialiter, non vt iudex, ſed vt priuatus, per tex. in c. conquerente. de reſti. ſpoli. & alia quæ alleg.

Secundò,

Secundò, vbi iudex processit iudicialiter, & notoriè cōstat de nullitate, vel iniustitia sententiæ, qua spoliauit.

Tertiò quandò iudex iudicialiter procedens careat iurisdictione in actu quem expedit.

REGVLA DCXCII.

STATVTVM si fit ex causa rationabili specialiter contra aliquē, & in eius præiudicium, tenet. Ita dicit Ang. in l. impetrata. C. sen. res. non pos. allegat. l. neque Dorotheum. & l. doctiti. C. de decurio. lib. x. & l. Antiochensium. ff. de priuileg. credito. & tenet Anto. Imol. & docto. in c. cum omnes. de constitu bonus tex. in l. venditor. §. si constat. ff. commu. prædi. & in l. j. iuncta gloss. ver. detrahi. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

Limita tripliciter vt per Feli. in d. c. cum omnes. j. col.

REGVLA DCXCIII.

STATVTA iurata, non tolluntur per generalem derogationem statutorum: Probatur ista regula ex tex. in c. constitutus. de rescrip. firmat glo. in c. cum non deceat. de election. in vi. ad fin. quam gloss. dicit singul. Iaf. in l. quoties. col. j. C. de preci. impera. offer. vide eundem. vbi plures refert idem tenentes in l. omnes cuiuscunque. C si contra ius vel vtilita. public. commendat etiam Thom. Ferra. in cautelis vltra Cæpolam, cautela. xx.

Limita quinque modis, per Felin. in d. c. constitutus. iij. & iiij. col. quem vide in iij. colum. vbi prius aliquas decisiones doctorum describit in proposito, & demum ampliat hanc regulam.

REGVLA DCXCIIII.

STATVTA debent intelligi secundum ius commune: Probat tex. cum gloss. vbi latè per Sali. in l. ij. C. de noxa. gloss. & Docto. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delibera. Barto. in l. j. § lex Falcidia & ibi moder. ff. ad l Falcid.

Limita dupliciter, vt per Iaso in l. omnes populi. fi. col. ff. de iusti. & iur. quarum limitationum primam latè examinat.

REGVLA DCXCV.

STATVTVM, vel consuetudo exigens probationem maiorem, quam ius exigit, subsistente rationabili causa, & non nutritiua peccati, valet & tenet. Istam regulam tradit Felin. in cap. ij. de proconsf. colum. ij.

Limita quatuor modis, vt per eum ibi, & col. seq.

REGV-

REGVLA DCXCVI.

STATVTVM licet disponat quòd non possit opponi de nullitate, tamen in octo casibus restringitur, quos describit Philippus in c. dilecto. de appellatio. in col. xxxiij. in q. lij. cum ij. col. sequen.

REGVLA DCXCVII.

STATVTVM si in loco vxoris, mortua ea sine liberis: solum defert lucrum iij. partis marito: & in loco mariti statutum deferat lucrum totius dotis, attenditur potius statutum loci mariti, quam vxoris: ita Bart. in l. cunctos populos. in vj. col. C. de sum. trini. & fide catho. & Bal. & Ang. in l. exigere dotem. ff. de iudi. quam dicit communem sententiam Iaso in d. l. cunctos populos. in j. lec. col. vi. in prin. vbi refert Bald. Archidia. Anto. & Panor. variis locis hoc asserere. Idem Ias. in eadem l. in ij. lectu. col. xv. licet Alber. in ij. parte statutorum. in x. q. aliud tenet.

